

Wittenberg
1660



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



I. N. D. N. J. C.

523.

INAUGURALIS

7660,4

DE MERO
IMPERIO

24

DISPUTATIO

QUAM

PRÆSIDE D. T. O. M. *Jesp. 11*

AUTORITATE ET CON-
SENSU

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
ET AMPLISSIMI IN CELEBERRI-
MA ARGENTORATENSIVM ACA-
DEMIA ICTORVM COLLEGII

PRO LICENTIA

SUMMOS IN VTROQUE IURE
HONORES CAPESSENDI PVBLICE ET
SOLENNITER DEFENDET

Ad diem 13 Septembris

GILBERTVS *Erlenkamp* Hamburgensis.

ARGENTORATI,

Typis expressit JOHANNES Piffel/ 1660.

4.

DER ERNSTER
KUNST- UND
HISTORISCHER
MUSEUMS-
KATALOG

VON
H. ERNST
UND
A. T. J.

11. 24. 11



524.

MAGNIFICO,
NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO

REIPUBLICÆ PATRIÆ

SENATUI

Disputationem

hancce suam

Inauguralem

devotè inscribit


AUTOR.



210

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to the age and texture of the paper. Some words are difficult to discern but appear to be arranged in several lines.





Q. B. V. S. S. T.

Non incerta est Ciceronis in orat. pro Caccinna ea iudiciorum divisio, qua quedam distrahendarum controversiarum, quedam autem maleficiorum puniendorum causa reperta esse dicit, innuens scilicet ut ut juris studiosus legum & consuetudinis ejus, qua cives in civitate utuntur, & ad agendum, & ad cavendum, & ad respondendum peritissimus sit, nondum tamen eum omne laturum punctum, si non iis ea miscuerit jura, quæ in vindicandis criminibus occupantur. Cottidiana enim testatur experientia, testantur & illi omnes qui rei præfunt publicæ, ad se rerum criminalium vim multo maximam confluere, ita, ut non immeritò *Ampl. Dn. Brunne man. in præfat. process. inquisit. queratur, Germanos jam diu illam morum integritatē, & Numinis reverentiam, quam ipsis Machiavellus lib. 1. Disp. cap. 55. tribuit, decoxisse* : ut jam præteream,

A 3 quod


4.



6
quod Practicorum ævi nostri facilè Princeps
Dn. Bened. Carpzov. in prolog. prax. crimin. af-
firmat per illud integrum quindecim annorum
spatium, quo in inclyto Scabinatu Lipsiensi tunc
temporis munere Assessoris functus erat, nul-
lum ferè diem præteruisse, quo non casus crimi-
nales variis ex locis ad illos fuerint delati. Eam
ob rem quando disputationem inauguralem
proponere instituo argumentum de MERO
IMPERIO tractandum selegi, non quidem
ignarus illarum difficultatum, quæ illud te-
gunt, adeò, ut eas omnes superare nec Bartoli
acumen nec Baldi suffecerit diligentia: re-
centiores Jctos aliquantò feliciter in illo eno-
dando versatos videas, utpote, quos non re-
rum antiquarum destituit memoria, hos ta-
men ipsos fors humana ab omni errore non
præstare potuit immunes, sicubi igitur & ego
aliquid hic humanitus patiar, id est, laber, er-
ram, decipiar, æquus Lector non multis veni-
am mihi orandus erit, qui usque paratus sum,
cum Iuliano in l. 20. ff. de fideic. libert. καὶ τὸν ἐτε-
ρον πόδα ἐν τῇ σωρῶ ἔχω hisce rectiora addiscere.
Procedat itaque bono cum Deo

THESIS

T H E S I S P R I M A .



Appellationem meri Imperii legibus nostris esse comprobata[m] neminem puto ambigere, unde illud multis locis adductis confirmare supersedeo. Rationem autem, cur ita vocetur, Dd. non unam eandemque assignant, ut videre est apud *Cynum in l. 3. ff. de iurisdic. n. 4. & in l. 1. ff. de off. ej. cui mand. num. 7. Bartol. in eadem n. 14. Zas. in d. l. n. 3. & 37.* Verior mihi videtur eorum sententia, qui illud merum dici putant respectu Imperii, non meri, seu mixti, quod Iurisdictioni subservit *Coras. lib. 3. miscellan. cap. 17. Vincent. Cabot. lib. 2. disp. 5. Duarenus de Iurisdic. cap. 3. & lib. 1. disp. 53. Donell. lib. 17. comment. cap. 3. ubi tamen Hilliger. lit. V.V. hanc originationem cavillatur, quasi hac ratione Imperium mixtum diceretur merum, dum & ipsum Iurisdictioni criminalium non subserviat.* Cognitio enim in criminalibus causis non ita ab initio Magistratibus demandata est, ut Iurdictio simplex, in civilibus, cui ad huius exemplum Imperium aliquod subservire, & eidem quasi accedere dici posset, sed, postquam causæ civiles Magistratibus dijudicandæ concessæ fuerunt, cognitio illa & dijudicatio in speciale Iurisdictionis nomen transit, cætera omnis, quæ apud populum in aliis causis remansit, sublimiori appellatione Imperii potestatisque vocata est, vide hinc longissimè abeuntem *Franciscum Polletum lib. 3. hist. for. cap. 1.*

II.

An autem Iurdictio generaliter accepta merum hoc imperium, de Jure Romano complectatur, non inutiliter hic quæritur? Affirmant hoc *Obrecht. tr. de Iurisd. cap. 1.*

4.

cap. 1. Francisc. de Claper. concl. 1. Scipio Gentil. tr. de Jurisd.
 lib. 1. cap. 2. Treutl. sel. Disp. Vol. 1. Disp. 3. 9. 1. Argumentum
 ducunt ex l. 2. §. 23. de O. I. l. 7. §. ult. de off. Proconsul. l. 1. de off.
 ejus. Verùm hisce omnibus non deest quod reponatur,
 lex enim 2. §. 23. de O. I. illationem continet infirmam à ver-
 bo ad verbale ut docent Logici. Plenissima autem Ju-
 risdictio in l. 7. commodè satis potest accipi de causis civi-
 libus, quæ Romæ à diversis expediebantur Magistratibus,
 tam ordinariis, quam extraordinariis, illæ in Provinciis, à
 Pro consulibus tractabantur omnes. L. 1. notatur error Ma-
 gistratuū, qui mandata Jurisdictione, quam simul & præ-
 ter Imperium merum habent, hoc quoq; transferri existi-
 mant, eandem sibi potestatem tribuentes in hoc quam jure
 usurpant in illa, quod firmatur ex oppositione Jurisdictionis
 & Meri Imperii; quæ specialis significatio inde dubio
 procul orta est, quod cum in omni Rep. tractatione & de-
 cisionem causarū civilium certis personis committi neces-
 sium sit, potestatem de criminalibus causis Princeps vel po-
 pulus sibi reservare solet & potest, id quod apud Romanos
 præcipuè sub libera Rep. factū apparebit ex iis, quæ postea
 dicentur. Latius hæc deducit Bernhard. Sutholt. dissert.
 de Jurisdic. aphoris. 103. & mult. seqq. Sanè si non tam ex
 usu Romanorum, quam vocabuli proprietate rem metiri
 velis, causam nullam dico, quin jus animadvertendi in
 crimina, appelles Jurisdictionem criminalem, verum no-
 bis de jure civili sermo est, in quo si hæc non ritè distinxe-
 ris, crassissimos cum veteribus errores errabis. Jung. Henr.
 à Suer. repet. lect. cap. 6.

III.

De verbis autem tantos disputationum fluctus ciere
 fortean non erat opus, sed qui statuunt *authores locc. citatt.*
 Juris-

9.
 Jurisdictionem propriè sub se continere etiam merum imperium, ex eo multas casque non minimi momenti decidunt controversias V. G. quod concessa de jure civili omni sive omnimoda Jurisdictione etiam merum imperium concessum esse intelligatur, *Matth. Ves. cons. 95. n. 20. & multis seqq.* item colligunt ex hâc ratione eò quod Rectoribus Academiarum per *Auth. Habita. C. ne fil. pro pat.* sub voce jurisdictionis, & quia generaliter litis super quovis negotio movendæ mentio fit, merum quoque imperium concessum esse; quod tamen pro diversitate Locorum aliæ Academiae plenius, aliæ minus plenè exercent *Iul. Clar. S. fin. quest. 35. num. 23. Ernest. Cothman. respons. Academ. t. n. 110. Besold. disc. de jur. Acad. cap. 6. n. 3. Dom. Ioh. Limnaeus lib. 8. jur. publ. cap. 9. n. 33. & mult. seqq. Schifordeck. l. 3. tr. 29. quest. 1.* Hisce gemina plura inferunt Dd. ex lubrico præsupposito, adeò ut in iis referendis loquax possit delassari Fabius, ut Venusinus alicubi jocatur.

IV.

Sed postquam deinde statu Romani Imperii mutato non solum res sed etiam consequenter vocabula *arg. S. 3. l. de donat. l. 20. C. de don. ante nupt.* mutaverint ipsa, ideò posteriores & moderni Jcti Jurisdictionem in civilem & criminalem dispescere haud verentur teste *Magnif. Dn. Carpzov. tr. de process. tit. 2. art. 1. num. 56.* quæ species non eodem ubique notantur nomine, in Franconia siquidem & Palatinatu Jurisdictio criminalis venit sub nomine *Zent/ Zentbarkeit/ Zentgerechtigkeit/ Zentrecht/ Malefische oder Zentbahrliche Obrigkeit:* in Bavaria & vicinia, *die Freiß/ hohe Freiß/ Freißliche Obrigkeit &c.* in foro Saxonico *Peinliche Gerichte/ über Haut und Haar/ Hals/ vnd Haupt/ Centgerichte/ Hochgerichte/ Obergerichte/*
 B item

item Bogten über das Malefiz: quæ autem eò spectent
disces ex *Matth. Coler. de proc. executiv. part. 2. cap. 1. num. 137.*
& *part. 4. cap. 1. n. 68. Dn. Carpz. pr. crim. part. 3. quæst. 109. n. 31.*
Propius igitur ad rem ipsam accedens, ut recto tramite
progredi possim, definitionem meri Imperii præmittam.

V.

Diversæ autem apud Dd. exstant definitiones, sic
Bartolus in l. 3. de iurisdic. illud definit: Iurisdic. qua of-
ficio Iudicis nobili expeditur vel Actio publicam utilitatem
principaliter respiciens de quo Clap. concl. 4. num. 1. & seqq.
Longovall. de iurisd. part. 2. cap. 1. Obrecht. eod. tr. cap. 3. n. 18.
& *seqq.* Alias aliorum descriptiones afferre non libet.
Placet mihi retinere eam, quam *Vlpianus in libro de off.*
quæst. reliquit, quæque relata est in l. 3. ff. de iurisdic.
Merum Imperium est, habere gladii potesta-
tem ad animadvertendum in facinorosos ho-
mines *Arnold. Vinn. lib. 1. sel. quæst. cap. 3.* Hæc rectè expli-
cata satis est bona. De notatione vocabulorum *meri im-*
perii supra thes. 1. & 2. paucula quædam attuli, saltim ad-
dendum, illud nonnunquam simpliciter vocari potesta-
tem ut liquet ex eadem *l. 3.* Gladius adjectus vehementiã
hujus imperii atque horum iudiciorum denotat, qui pro-
positus olim fuit tanquam signum in iudiciis rerum ca-
pitalium, sicut in pecuniariis hasta vid. *Carol. Sigon. de*
Iudiciis lib. 1. cap. 7. quo Vlpianus respexit ff. de postulando l. 1.
§. 5. quando dicit: Prator utrisque laminibus orbatum postu-
lare prohibebat, quia insignia Magistratus videre & revereri
non poterat jung. id. Sigon. lib. 2. de iudic. cap. 4. propè fin. Facit
huc etiam locus Cypriani lib. 2. Epist. 2. sævit invicem discor-
dantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus
mugit

mugit insanam: hasta illic, & gladius & carnifex praesto est.
 & illud D. Pauli ad Rom. 13. v. 4. εἰς τὸ κακὸν ποιεῖς φόβος. &
 δεῖν τὴν μάχαιραν φορεῖ. Impp. ad hoc ipsum jus osten-
 tandum pugionem gestare solitos *Corn. Tacit.* autor est
lib. 3. hist. de Vitellio: solutum à latere pugionem Consuli in
concione reddidit, tanquam jus vitae & necis in cives. Sub
 potestate gladii Jctus, ut tum temporis ferè solo gladio
 vita adimebatur l. 8. §. 1. l. 28. pr. ff. de pæn. l. 6. §. 4. & l. 7. ff.
de re milit. & reliquos modos quibus vita adimitur, com-
 prehendere voluit, cum enim honestissimum & lenissi-
 mum supplicii genus sit, capitis amputatio, nulloque
 genere homines mollius moriantur, *Seneca teste, vid. Pet.*
Fab. 1. semest. 4. ut lenitate verbi tristitiam rei mitigarent
 honestioris vindictæ nomen retentum. *Petr. Theodoric.*
Disp. crim. 5. th. 6. lit. B. Dn. Carpzov. pr. Crim. part. 1. quest. 41.
num. 91. unde non valde repugno si adjeceris huic descri-
 ptioni, *vel alterius cujusq; gravioris coercitionis.*
 Hoc modo enim illā efficies pleniorē, l. 70. de R. I. l. 6. pr. de
off. Procons. nihil enim aliud est merum Imperium, quam
 jus animadvertendi in reos criminum, sive capite ple-
 ctendi sint summove affiendi supplicio, sive tollendi è
 numero civium, metalli coercitione, deportatione, exilio.
Bachov. quidem in comm. ad prim. part. Digest. tit. de Jurisd.
rubr. de mer. Imp. idè hanc descriptionem rejicit, quia
 metaphora & tropi omninò ex regulis Logicorum non
 tolerantur in definitionibus, sed hoc illi facile largior, si
 versaremur in hujusmodi disciplina cujus principia es-
 sent immediata, & adæquata, ita ut demonstrationes ex
 inde resultarent, & consequenter accuratæ definitiones,
 prout voluit *Petr. Gilken. peculiari quem hac de re scripsit*
tractatu, quibus tamen opponi possunt ea quæ habet *Chri-*
stoph. Ehemius eleganti suo libello de principiis juris, & Ange-
B 2 lus Mat.

lus Mattheaceus Professor Patavinus in lib. de via & ratione juris. Accedit, quod non facile ab iis opinionibus quas veteres juris conditores tradiderunt, sit recedendum arg. l. 2. de const. Princip. præsertim Imperatoria autoritate confirmatis, quin potius bona interpretatione illæ sunt explicandæ. Pro perfecta definitione eam jam olim tenuerunt Augelus teste Iasone in l. 3. in pr. Longovall. part. 2. cap. 1. Cujac. in l. 1. de offic. ej. & lib. 1. quest. Papinian. Fachineus lib. 9. controvers. 94.

VI.

In eo quod Ulpianus pergit, *merum imperium est habere gladij potestatem*; non autem, est potestas, quidam Dd. magnum quærunt mysterium quasi Jctus definire voluerit imperium, quod in Principe solo residet. Cujus contrarium mihi videtur, Magistratuū (quod etiam inscriptio præ se fert *de officio questoris*) & aliorū describere voluisse, qui omnes merum Imperium non habent nisi vel à lege vel Principe specialiter sibi concessum d. l. 1. de offic. ej. & exercitationem potius meri imperii quam ipsum imperium. Hoc enim solius Principis & propriè suum est. Unde adhuc cum Alciato lib. 2. paradox. cap. 6. existimo Henricum Lucelburgensem Imperatorem Friderici II. filium ex vero & non in favorem suæ causæ pronunciasse in causa Lotharii & Azonis, hæc de re ad illum delata, quorum ille modo propositum defendebat, hic verò Magistratibus etiam proprio jure merum imperium competere mordicus tuebatur vid. Arnold. Vinn. tr. de lurisd. cap. 4. Nicol. Bellon. lib. 1. supput. jur. cap. 1. Dom. Limnaus de jur. publ. lib. 2. cap. 8. laudatos Jctos in alio negotio inter se dissensisse commemorat, nempe de dominio proprietatis, quod quidam Imperatori tribuunt, universali, qua de re plena manu tractant Lud. Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 20.

Mar-

Marquard. Freher. in not. ad Pet. de Androlib. 2. cap. 8. Hanc autem sententiam amplectens non multum negotii mihi facessit objectio *Bernh. Suthold. dissert. de Iurisd. aph. 404.* quasi hâc ratione Imperator de jure casco & 400. annis exoleto responderit, præsuppono enim cum *Alciato loc. cit.* ad illum de jure veteri fuisse relatum, loquitur enim expressè de Præsede, quod si de eo quod tunc temporis in usu erat, consultus fuisset, aliter sine omni dubio respondisset. Verbum *animadvertendi* signatè apud plerosq; scriptores classicos usurpatur in summo supplicio, ut liquet ex *Cicerone epist. ad Atticum. Sententia Catonis de animadversione*, id est de necandis conjuratis, licet idem verbum, & ad minores poenas significandas referri consueverit. Hinc *major animadversio* dicitur *Venuleio in l. 11. ff. de off. Procons.* Distinctionis igitur & disciplinæ causa ad illa verba *Papiniani l. 1. §. 1. de off. ej. Paulus adjecit nemo dicit animadversionem Legatum Proconsulis habere mandata jurisdictione.* Et *Imperium, quod jurisdictioni coheret, mandata jurisdictione transire, verius est*, id est, modica coërcitio, sive mixtum imperium. Papinianus merum imperium intellexerat. Hic ridiculus est *Odofredus & alii Dd.* quod animadvertere dicatur ex eo, quod animam vertat, id est à corpore segreget *Bach. ad Tr. Vol. 1. Disp. 3. th. §. lit. B.* Superat vox *facinorosos* quæ gravitate cæteris respondet, ut non immeritò *Scipio Gentilis lib. 3. de Iurisd.* Ulpianum hæc omnia verba conquissivisse putaverit, ad summum illud meri imperii genus ostendendum. Quod autè idem loco citato refert, plus esse facinorosum, quam maleficum, quo verbo peculiariter in Mathematicos & maleficos sequior ætas usa est *arg. tit. Cod. de malef. & mathematic. & c.* de eo ego subsisto, nisi ille innuat *l. 4. C. d. t. ubi illi malefici poenæ non subjciuntur* uti *Bartolus* explicat

in d.l. referente Perez. in C. ibi n. 4. qui suis artibus nulli damnum intulerunt, quamvis hodie dispositio articul. 109. Nemes. Carol. generalis obstet, vide sis aliter hæc explicantem P. Martin. Del Rio disquis. Magic. cap. 2. sect. 1. quest. 2. Pet. Theodoric. in coll. crim. disput. 7. th. 6. lit. C. sed hæc ὡς ἐν ἀπόδω.

VII.

Suo ambitu etiam merum imperium sub se completur jus cognoscendi & judicandi de causis criminalibus quod invita Jurisprudencia nonnulli ab illo secludunt uti Charondas, Gillottus de Jurisdic. cap. 5. 6. & alij quos recenset Bach. ad Tr. V. 1. Disp. 3. th. 3. lit. C. & alij in quibus nollem ut esset Treutl. th. 1. & 3. quando potestatem statuendi & exequendi tanquam, distinctas species opponit. Propendere videtur in eandem sententiam Vinn. Jurispr. contr. lib. 3. cap. 4. pag. mihi 16. quem tamen errorem diu post, ut sunt δευτέραι Φρονίδες Κοφώτεραι τῶν πρώτων, contrarium statuendo in tract. de Jurisd. cap. 1. revocavit, quod etiam aperte probatur per l. 6. ff. de off. Procons. ubi Jurisconsultus dicit, *custodiarum audiendarum mandatum esse extraordinarium, neminem enim posse gladii potestatem, sibi datam ad alium transferre.* Et illi ipsi tantum, non alii, de criminibus cognoverunt, quibus jus coercendi datum, Præsides nimirum, Præfectus urbi, Præfecti prætorio. Quod autem legimus in eodem textu Proconsulem mandasse legato suo cognitionem causarum criminalium sive custodiarum ut ipse Procons. easdem præauditas & sic remissas vel liberaret innocentes vel condemnaret nocentes, illud olim extra ordinem factum esse fatetur Ulpianus, hoc enim Constantini demum tempore juris ordinarij esse cœpit, scilicet ex speciali ejus concessione l. un. C. de offic.

offic. Procons. Imposuit dissentientibus inter alia exem-
 plum Jurisdictionis & nudæ notionis, quas cum viderent
 diversæ esse naturæ ab executione negotiorum civilium,
 quæ in mixto imperio consistit, hæc eodem modo se ha-
 bere in mero imperio collegerunt, parum considerantes,
 hæc inter se multum differre, & in causis civilibus mixtū
 imperium extrinsecus & per accidens propter refracta-
 rios & bonam fidem agnoscere recusantes assumi, huic
 fini ne ea quæ per Jurisdictionem & notionem finita sunt,
 elusoria reddantur *Sutholt. dissert. de Jurisd. aphor. 238. &*
múlt. seqq. Ampliſſ. Dn. Hahn ad VVesenb. in not. n. 7. de Jurisd.
vide sis Vacun. à Vacun. qui lib. 6. declar. jur. cap. 78. hæc
 turbidè tractat. Criminalium verò causarum longè alia
 est ratio, siquidem hæc sola sententiæ dictione non termi-
 nantur, nec crimina sine executione coercētur, unde est
 quod tota criminalium causarum tractatio meri imperii
 sibi nomen assumserit *Bachov. ad Tr. loc. sup. cit. & in comm.*
ad τὰ πρῶτα cap. de imp. mero Tob. Paurmeister de Jurisd. lib.
1. cap. 11. & 15.

VIII.

Ius absolvendi reos Dd. etiam ad merum imperium
 referunt *Nicol. Bellon. lib. 3. supput. jur. cap. 17.* quod non in-
 telligendū est de reo convicto & jam condemnato quem
 nullus restituere potest nisi jura habeat Majestatis ut re-
 ctè sentit *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10. l. 4. ff. de pæn. l. 1. C. de*
sent. pass. & restit. licet parcius remissiones criminum in-
 dulgendas esse utpote cum præceptis justitiæ pugnantes
 suadeant prudentes *Antonius Matthai elegantiss. tractatu*
de crimin. ad lib. 47. ff. tit. 2. cap. 3. num. 6. & plenius tit. 19. cap. 5.
ad lib. 48. Sed loquor de innocente absolvendo ipsiusque
 nomen ex reorum numero justis de causis eximendo.

Diffu-

4.



Diffusius id excutere non vacat. vid. *Henr. Zoës. in tit. ad SC. Turpill. Perez. C. de abolit. num. 2. & seqq. Anton. Matt h. d. tr. ad lib. 48. ff. tit. 19. cap. 6. Papon. Notair. 3. l. 10. des Lettr. d'abolit. vers. aujourd'hui Bugnion. des Loix abrogées l. 1. Satyr. 236.*

IX.

Divisio meri Imperii expressa in jure nostro exstat nulla. Interpretes tamen consueverunt eam distinctionem sumere à criminibus seu potius pœnis quæ irrogantur *Bachov. in not. ad VVesenb. de Jurisd. num. 6.* quarum alii plures alii pauciores referunt gradus, ita *Bartol. n. 6. & Iason. n. 24. in l. 3. de Jurisd. sex gradus recenset, VVesenbec. in parat. n. 6.* ut sunt imperium maximū seu potestas ferendi LL. 2. Majus, supplicium id est ultimū 3. magnum, ut deportatio 4. Parvum, relegatio & pœna quæ corpus affligunt 5. Minus, modica coexcitio. 6. Minimum, ut multa. Verum hæc parum subtiliter, ne quid gravius dicam, qui enim affertur primus gradus de *νομοθεσία* planè huc non pertinet ad Jurisdictionalia, sed potius, ad Regalia & jura majestatis *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. num. 153. & lib. 2. cap. 6. pag. m. 248. Regner. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 9. Henning. Arniseus de jure majest. lib. 1. cap. 3. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpp. cap. 13.* Quid de reliquis statuendum sit docet *Obrecht. tr. de Id. cap. 7. §. 32. & seqq. Marta de Id. part. 1. cap. 37. num. 1.* Rectius hosce ad tres gradus revocaveris *arg. l. 28. in pr. & §. 1. ff. de pœn. Magnif. Dn. Ioh. Otto Tabor. disp. ad VVesenb. 2. quest. 6.* ita ut primus gradus contineat pœnas quibus vita naturalis adimitur, ut sunt vivi comburium, decollatio, strangulatio, & similes. II. has quæ morti naturali sunt proximæ, quibus membrum corporis mutilatur, veluti si oculi alicui eruantur, manus & digiti abscindan-

scindantur: metalli quoque coercitionem huc non immeritò retuleris, ut & damnationem in opus publicum. III. pœnas quæ ad existimationis non verò capitis vel status periculum pertinent, cujusmodi sunt quævis aliæ coercitiones, ut interdictio, relegatio, privatio dignitatis, actus alicujus prohibitio *arg. l. 8. & 9. ff. de pœnis*, quam hodie ex jure Canon. suspensionem vocamus adde *Ant. Matthæi de crim. ad lib. 48. ff. tit. 18. cap. 1.* Quemadmodum autem fieri solet in hisce distinctionibus, quas dicunt Magistrales ut tres quoque Dd. prope dissentire videantur, ita & hic rem diversimodè proponunt, de quo tamen maximopere laborandum non est, cum quilibet suis possit niti rationibus. Dissentit hic *Paurmeist. lib. 1. c. 11. num. 19. & Bocer. c. 5. n. 11. de Id.* Quid moribus variorum regnorum & provinciarum mutatum sit circa hanc *legem 28. & 8. ff. de pœn.* tradit in istas *Simon à Grænevvegen in tr. de LL. abrog.*

X.

Cæterum notandum hic est esse quasdam pœnas quæ mero mixtoque imperio sunt communes *Bach. ad Treutl. disp. 7. §. 4. lit. D.* quod apparet e. gr. in multa dictione, hæc enim modo meri, modo mixti est imperii, si quis principaliter ob delictum aliquod eam solvat, ea pœna ad merum imperium spectat, & nemo ejus infligendæ jus habet, nisi qui mero imperio gaudet, sive is Magistratus sit sive privatus, id quod etiam aliquanto obscurius insinuat. *l. 137. de V. S.* Quod si pœna non infligatur principaliter propter aliquod delictum, sed jurisdictionis exequendæ causa puta adversus contumaces vel absentes, vel latitantes, hæc proprie multa dicitur, & competit ejus dictandæ jus Magistratibus imperio licet mero destitutis. Cum autem in privatis delictis non solum ordinariè civiliter, sed etiam

C

extra or-

extra ordinem criminaliter agi possit *l. ult. ff. de priv. del. l. fin. de furt. l. ult. de injur. Ant. Matth. de crim. ad l. 47. tit. 1. cap. 2. & Magnif. Dominus Ioh. Otto Tabor. Antecessor hujus Academia non ita pridem celeberrimus in racemat. crim. 3. thes. 25.* ideo hic distinguendum videtur, ut, si quidem quis agat ad multam fisco inferendam, vel poenam corporalem, adeundus is sit, qui merum habet imperium, sin verò agat ad id, quod sua interest, & ad poenam sibi applicandam rectè intentabit suam actionem apud Prætozem. Latius hæc deducit *Scip. Gentil. lib. 3. de Jurisd. cap. 10.* De carcere idem ferri potest iudicium præsertim de moribus nostris, de jure enim civili iste rationem poenæ non habet, sed ad continendos homines comparatus est *l. 8. §. 9. ff. & l. 35. de pæn. l. 6. C. eod.* Ex quo autem de jure Canonico *c. 3. de pæn. in sexto.* quod consuetudo imitatur, quis ad perpetuos carceres potest condemnari, ad merum imperium quoq; pertinere videtur *Iodoc. Damhoud. prax. crim. cap. 6. Besold. de Jurisd. Rom. Imp. cap. 21. pag. 64. cum allegg.*

XI.

Causa Efficiens hujus meri imperii est illa pars Republicæ, quam penes est τὸ κύριον sive illud jam obtineat unus, sive optimates, sive populus. Quando autem illud in Romano Imperio Imperatoribus ex lege Regia cessit *l. 2. §. 6. de O. I.* per eandem & hoc jus in illos translatum est, ita ut non solum apud veteres, sed etiam recentiores ICTOS jure merito Imperator cluat fons & scaturigo omnis dignitatis & Jurisdictionis. Cœterum quemadmodum apud omnes ferè gentes observare licet, eas in cōcedendo jure vitæ & necis sane quam fuisse circumspicias, prout *Aristot. de Spartanis refert lib. 3. Polit. cap. 10. & ibi Daniel Heins. in paraphras. illos Regibus suis nō nisi ad bellū euntibus*

ribus hoc jus impertivisse, ita & Romani admodum prudentes in ejusmodi negotio sese gesserunt. Noluerunt enim cuiquam illud ad exemplum Jurisdictionis & mixti Imperii, jure officii seu Magistratus collatum, tanti quippe semper habitum fuit jus irrogandi poenas & coercendi delicta publica, ad disciplinam publicam emendandam, ut penes summam potestatem seu Majestatem in solidum usque resederit *Vinc. Cabot. 2. disput. cap. 5.* Id quo appareat liquidius ab ovo rem brevibus repetam.

XII.

Hoc jus ab incunabulis Reipublicae ipsos Reges capitalium rerum cognitiones consilio non adhibito per se exercuisse attestatur *Livius lib. 1.* Vero igitur simile fit haec cognitiones omni provocatione fuisse expertes, cujus contrarium non inducit exemplum, quod idem *Autor eod. lib.* refert de Tullo Hostilio, qui Horatio perduellionis reo ob occisam sororem provocationem indulgit, quam in partem etiam inclinare videtur *Seneca lib. 19. epist. ad Lucil.* adducens auctoritatem Ciceronis *lib. 1. de Republ.* Verum laudatus Historicus se ipsum satis explicat, cum enim lex horrendi carminis, cujus ibi mentio fit, à Duumviris, secundum legem creatis, provocationem permetteret, nec tamen exprimeret, quis provocandus esset, Rex Tullus auctor fuit Horatio, ut ad populum provocaret, sperabat enim fore, ut ab illo propter recens meritum liberaretur. *Bach. ad τὰ πρῶτα in §. 15. l. 2. de O. I.* Quod autem Hostilius sua sententia, illum non absolverit, Dionysius Halicarnasensis hanc reddit rationem, quia scilicet Rex optimus manifesti parricidii reum verebatur dimittere impunitum, ne ultrices diras in suam immitteret familiam. Idem ferè ad locum Ciceronis responderi potest, ex conniventia

C 2

Regum

4.



Regum potius esse factum, ut provocare liceret, vel fuisse provocatum à Duumviris à Rege datis ad ipsum.

XIII.

Expulsis deinde Regibus à Lucio Junio Bruto ob probrum in Collatini uxore perpetratum, lege centuriatis comitiis lata rerum potiti sunt duo Consules quorum officium nervosè describit *Cic. lib. 3. de leg. Regio imperio duo sunt, iique praeundo, judicando, consulendo, Praetores, Iudices, Consules appellantur, militia summū jus habent, nemini parento, ollis salus populi suprema lex esto.* Consecuti itaque sunt eandem quam Reges habuerunt potestatem, præterquam quod eorum regnum tantum erat annum, & bini creati sunt propterea, ut si alter malus esse voluisset, alter eum impediret ut loquitur *Eutrop. in breviar.* sed horum potestas illibata diu non stetit, cum enim mortuo Bruto alter Consul L. Valerius Poplicola suspicionibus oneraretur, quasi tyrannidē affectaret, duobus capitibus Majestatis ultro cessit populo, extrema nimirum provocatione & creatione Magistratuū, confer *Aristotel. lib. 3. πολιτ. cap. ult. & Mastrill. de Magistr. lib. 1. c. 4.* quo non parum Consulū potestas imminuta est. Ut enim de priori dicam, quod huic loco magis convenit, cum antea lictores duodecim fasces virgarum quibus duodecim secures obligatae erant, Consulibus præferrent, ut eorum jussu primò virgis reos cæderent, deinde securi ferirent, legem Valerius tulit, ut Consules quidem extra urbem securibus liberè uterentur, in urbe verò solis fascibus, neve iis in caput civis Romani animadvertendi jus esset injussu populi *Plutarch. in vita Poplicol.* Huc pertinet ista lex tabularum peccare vetantium, quas bis quinque viri sanxerunt, ut *περὶ ἐπέων XII.* vocat Horatius:

De ca-

De capite civis Romani nisi per maximum Comitiatum ne ferant. Cicero in Verrina 4. Proficiscar quo me jam pridem vocat populus Romanus: de jure enim libertatis & civitatis suum putat esse judicium. Jacob. Revard. in L. XII. cap. 27. Et denique illud Polybii: Capitalia judicia populus exercet solus, Ἰσχυρὰ κείνη ὁ δῆμος μόνος Theodor. Marcil. in collecta ad LL. XII. cap. 82. Carol. Sigon. de judic. cap. 4. l. 2.

XIV.

Cum hisce duobus capitibus Majestatis populus Senatui mansere integra, donec tandem & hæc paulatim illi eriperet, crepta in se transferret, atque sic efficeret statum plane Democraticum. Sexto enim decimo anno post Reges expulsos A. U. C. 260. cum plebs foeneratorum crudelitatem amplius ferre non sustineret, armata in montem sacrum trans amnem Anienem secessit, ex quo redire noluit prius, quam sibi debitorum levatio, nexorum solutio, & creandorum de corpore suo defensorum adversus Senatum & Consules potestas concederetur *Flor. lib. 1. cap. 23.* Horum defensorum, qui Tribuni plebis dicebantur, & ex singulis classibus tempore procedente creabantur bini, permagna erat potestas, præterquam enim quod & ipsum Consulem prendere, & in carcerem ducere, si illorum intercessionibus non fuisset paritum, possent, Senatus etiam nihil illis intercedentibus, constituere valuit, hanc ob causam ab urbe abesse illis integrum non fuit, seu ut ait *Aulus Gellius noct. Attic. lib. 13. Ut vim fieri vetarent*, assiduitate eorum & præsentium oculis opus erat. Alteri secessioni ansam præbuit libido Appii Claudii, quem *Conrad. Rittershus. in legatis numerat primum*, qui Græcorum leges petitem missi erant *proleg. cap. 1. ad*



LL. XII. Tabb. cui contradicit Dn. Hahn. in not. ad Vvesenb. lit. de O. I. num. 2. Hic inquam Appius cum per calumniosam interpretationem legem de vindiciis secundum libertatem dicendis in persona Virginiae expugnatum iret, quam *Dionysius Halicarnassensis lib. 11. antiq. Rom.* sic conceptam reliquit: *Ῥώματι θεοῖς δελεῖαν ἐξ ἐλευθερίας ἀγομέναν, μὴ τὸν ἀφαιρέμενον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μέχρι τῆς δίκης.* *Rittershus. in tr. modò laudato class. ult. part. 3. cap. 10. ex Livii lib. 3.* hanc historiam optimè refert. *Jung. Bachov. ad part. prim. ff. §. 24. de O. I. num. 3.* Hæc sceleris atrocitas populum commovit ut montem Aventinum armatus occuparet, ex quo non ante redire voluit, quam à Senatu impetrasset, abdicatis Decemviris ut quod tributim plebs iussisset, populum teneret, quæ lex tempore secessionis tertiæ in Janiculum confirmata est, lege Q. Hortensio Dictatore lata ut eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur *Anton. Augustinus de Legibus & Senatusconsultis, in legg. Hortens. Horat. Publil. Arthurus Duck. tr. de autorit. jur. civ. in dominiis Princip. Christian. lib. 1. cap. 3.* Hæc lege sancita nihil amplius ad summam Majestatem plebi deerat, quam ut de suo quoque corpore Consules crearentur, quod patres illis ægre concesserunt, unde primitus Tribuni militum potestate Consulibus pari processere. Deinde Consulium, Dictatorum, Magistrorum Equitum, Pontificum maximorum, adeoque omnium Magistratum creationem de plebe plebs impetravit. Sed quemadmodum fieri consuevit, ut formæ Rerum publicarum non semper uno eodemque permaneant statu, ita & hic quoque factum est: calliditas enim Imperatorum primorum in se Majestatem populi transmovit omnem, quod cum videret populus, lex Regia de super lata est, quantum conjicere licet, tempore Augusti *Dio Cassius lib. 53.*

lib. 53. Petr. Greg. Tholos. syntagm. jur. univers. lib. 47. cap. 20.
 num. 9. & seqq. Georg. Frantzke ad w. ff. de const. Princip. n. 3.
 Pompon. l. 2. de O. I. §. 11. Artes eorum quibus populum cir-
 cumvenerunt, graphicè nobis Tacitus & cœteri scripto-
 res fere σύννενοι depinxerunt. Negant ex supposito falso
 unquam Legem Regiam fuisse latam Corasius & Francisc.
 Conan. lib. 1. comment. cap. ult. num. 3.

XV.

Pro eo autem ut diverso modo se habuit Resp. Ro-
 mana, ita jus meri imperii variè quoque fuit exercitum ;
 primis enim temporibus Reges ipsos hisce criminalibus
 negotiis præfuisse, non obscure ex historicis colligi potest.
 Consules non diu hac potestate gavisi sunt, ideoque ope-
 ræ pretium non est, multa de iis adjicere, fatius esse ducō,
 rationem, quæ iis tempestatibus exercendorum judicio-
 rum publicorum obtinuerit, cum status Democraticus fa-
 ctus esset, tribus tantum exequi. Hic autem commodè
 verba quæ Iustinianus in instit. pr. de publ. jud. habet applicari
 queunt, *publica judicia neque per actiones ordinantur neque*
omnino quicquam simile habent cum cæteris judiciis, de qui-
bus locuti sumus, magnaue diversitas eorum est, & in insti-
tuendo & exercendo Valer. Max. lib. 8. c. 1. de publ. judic. Nicol.
Gruch. lib. 1. de com. Rom. Barnab. Briffon. lib. 4. sel. antiq. cap. 1.
 quoties enim inter privatos cōtroversie oriebantur civiles
 Magistratus erant constituti *medio qui cuncta negotia juris*
Limite discuterent, ut canit de Friderico I. Gunther lib. 8.
 Ligur. cujus contrarium observabatur in criminalibus ;
 populus enim Romanus quoties usus postulabat vel Di-
 ctatorem, vel Consulem, Prætorem, vel etiam omninò
 privatum aliquem, Cujac. lib. 21. obs. 30. & lib. 5. obs. 39. Cabot.
 2. disp. cap. 5. Scipio Gentil. lib. 3. de Jurisd. cap. 19. Georg. Franzke
 de

4.



de offic. Prat. n. 4. & 7. extra ordinem de crimine publico quærere jubebat & cui inquisitio illa de crimine nominatim demandata erat, is Quæstor parricidii dicebatur vid. *Festum in verb. parricidii Quæstores.* Judicia enim publica quæstiones appellabantur; parricida verò dicebatur, non qui parentem, sed qui qualemcunque hominem quasi patrem occidisset *Rittershus. ad LL. XII. Tab. class. 2. cap. 10.* *Plutarcho quoq; in Romulo πᾶσα ἀνδροφονία πατρικονία* est, *Cicero in Topic.* refert Numæ legem: *si quis liberum hominem morti sciens duit, parricida esto.*

XVI.

Heic *Henric. à Suerin. repet. lect. cap. 6.* putat, privatis nunquam exercitionem meri imperii fuisse concessam, pro quo facere videtur *l. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de sicar.* ubi iudex quæstionis separatur à Magistratu, sed ejus ratio haud est solida, quod populus Romanus imperium privati non fuerit laturus, quippe, qui nec Dictatores, nec Consules, cum majori aut diuturniori imperio ferebat. Scilicet utique tulit, sed imperium moderatum tulit, & quidni ferret privatum quoque si ei hoc imperium ad tempus dedisset. Nec est quod quisquam vereatur, hac concessione aliquem fuisse factum Magistratum, id enim asserere oppido esset periculosum, & persuaderi mihi non facile patiar unius causæ criminalis commissionem, ut mos erat primis temporibus, privatam personam effecisse publicam, quod si ad posterius ævum respiciam, quando Prætor post cōstitutus à Cornelio Sylla perpetuas quæstiones, cum iudice quæstionis, & ex senatorio aut equestri ordine sorte ducto, de criminibus cognoscebat, nec illud de hoc iudice liquido affirmare auderem, fundamentis siquidem satis firmis destitutus, in contrarium potius nituntur *l. ult. de off.*

de off. ej. & l. 10. ff. de jurisd. Speciem tamen majorem Magistratus hosce posteriores præ se tulisse, quam primos tradit *Bachov. ad τὰ πρώτα rubr. de imp. mer. n. 14.* ubi notanda est docta ejus observatio de discrimine veterum quæstorum parricidii, & judicum quæstionum *num. 15.* & *ad §. 32. de orig. jur. pag. mihi 113. & seq.* ad longum refert ortum & progressum juris circa negotia criminalia, quæ huc transcribere nihil attinet. Illud meminisse juvat, hos ipsos judices, nihil aliud pronunciaffe quam videri reum in legem commisisse, & quæ de damnato sumebatur pœna, non judicis jussu, sed legis qua erat judicium constitutum imperio sumebatur *Dom. Franzk. Exerc. 14. quæst. 5. num. 6.* vide de hac consideratissima formula *Barnab. Brisson. lib. 5. de form. pop. Rom. & lib. 2. antiq. jur. cap. 2.* cui planè geminum est, quod testes quanquam & ipsi non nisi jurati dicerent testimonium de iis quæ ipsimet vidissent & comperta haberent, tamen illo verbo utebantur, *se arbitrari*, ut constat ex *orat. Cicer. pro M. Fontejo, adde Rittersh. part. feud. lib. 2. cap. 5. quæst. 2. pag. mihi 375.*

XVII.

Prævorti jam dicere saltim per indicem, tempestate L. Calpurnii Pisonis postidea Corn. Syllæ è quæstionibus, sic mihi eas appellare liceat, temporariis factas fuisse perpetuas, qua de re præter modo allegatos utiliter leguntur ea quæ habet *Carol. Sigon. de antiq. jure pro v. cap. 9. explicatius lib. 2. de judic. cap. 4. pag. m. 399. & seq. loh. Rosin. lib. 7. antiq. cap. 43.* Hic aliquis cum Cujacio in eam posset descendere sententiam, quasi ex eo tempore, merum imperiū, quod olim quæstio dicta est, jure Magistratus competierit. Verum hæc opinio minuenda est, regula juris alio vocante, nam splendidissimus Papinianus, qui diu post

D
Syllam

ico
na-
vid.
lica
non
pa-
10.
est,
mi-

vatis
sam,
i ju-
naud
non
ules,
t uti-
i fer-
ledif-
ne a-
oppi-
patiar
t pri-
cam,
r post
m ju-
sorte
e judi-
em fa-
l. ult.
de off.

Handwritten mark resembling a stylized 'N' or 'M'.

Handwritten number '4'.



Syllam floruit, vide *Bernhardinum Rutilium Cardinalem & Nicolaum Henelium cap. 22. de veteribus iure cons. in ejus vita*, adhuc talem proponit definitionem in *l. 1. de off. ej. &c.* Quaecunque specialiter lege, vel senatus consulto, vel Constitutione Principū, tribuuntur mandata iurisdictione non transferuntur. Quae verò jure Magistratus competunt, mandari possunt. Et ideò errare videntur Magistratus, qui cum publici iudicii exercitationem habeant, lege vel SCto delegatam (veluti lege Julia de adulteriis, & si quae sunt aliae similes) iurisdictionem suam mandant. Hujus rei &c. Non itaque errarent Magistratus quoties mandando Jurisdictionem etiam merum imperium transire putant, si suo jure illud haberent *arg. l. 16 ff. de iurisd. Georg. Franzke Exerc. ult. quest. 5. num. 5.* Exfertis verbis enim Jctus docet specialiter hoc illis tribui, id est, nominatim, sigillatim, non in privilegium quoddam majoribus Magistratibus, prout vulgo explicatur, ita ut minoribus denegetur, plus enim quam manifestum est legem vel SCtum vel Principem inferiori Magistratui merum imperium potuisse committere, cum etiam privati illud interdum habuerint, conversa quoque rota rectè statuitur, fuisse aliquem summum Magistratum V. C. Prætorem urbanum *Lips. de Magistr. Rom. c. 10.* nec tamen tenuisse exercitationem publicorum iudiciorum. Indicio nobis inter alia potest esse, quod Prætor demum ex SC. Syllaniano habuerit cognitionē, si à familia Dominus occisus esse diceretur, & quod Imperatorum ætate de rebus capitalibus cognoverint, speciali jussui accepto ferendum est, quomodo explico illud *Iulij Capitolini in D. Marco: capitales causas hominum honestorum ipse cognovit, & quidem summa equitate, ita ut Prætorem reprehenderet, qui cito reorum causas audierat, juberetque iterum illum cognoscere.* Quemadmodum autem Cujacius in Papi-
niano

niano alias acutam miratur brevitatem, ita & hoc loco eandem deprehendere licet, sub una enim generali regula multas easque diversas coniecit causas non solum de imperio mero negans quod mandari possit, sed conjungit simul ea negotia civilia, quæ Dd. nostris dicuntur adventitiæ esse Jurisdictionis, ut V.C. jus cognoscendi super transactione de alimentis ultima voluntate relictis, super alienatione prædiorum minoris, super adrogatione impuberis, manumissione à minore viginti annis facienda l. 8. pr. & §. 18. ff. de transact. l. 15. & ll. seqq. de adopt. Bachov. ad §. 3. juxta alios 4. Inst. qui & ex quib. caus. manum. Vinnius tr. de transact. cap. 6. Dn. Georg. Adam. Struv. Exerc. ad w. 6. thes. 58.

XVIII.

Porro Imperatores non tantum prædicto modo habent imperium merum, sed etiam id ipsum exercuerunt, quemadmodum illos, ut auram popularem captarent, hoc sæpius etiam in civilibus causis factitasse autor est eorum Βίογραφοι Sueton. in August. cap. 33. in Claudio cap. 15. Nerone cap. 14. & Tiberio cap. 32. vid. Eguin. Baro. lib. 1. variar. quest. Hinc Isaacus Casaubonus ad locum in Augusto notat: Hic mos admodum laudabilis Romæ & Constantino- poli per multa secula duravit, ut Imperatores non solum in curia Senatorum cognitionibus interessent, verum in foro Prætorum judiciis intervenirent, ac sæpe in eodem tribunali sederent. De Tiberio quoque testatur Tacit. lib. 1. Annal. de eodem loquens: Iudicis assidebat in cornu tribunalis, ne Præto- rem curuli depelleret, subjicit deinde, sed dum veritati consulitur, libertas corrumpatur, h. e. dum juri privatis red- dendo operam dat Tiberius, libertate populum evertit, sibi que imperium statuminat, qui antea metu impenden-

D 2 tium



tium discriminum, lupum se auribus tenere crebris usurpaverat sermonibus. *Sueton. in ejus vita. cap. 25.* Meminit hujus proverbii *Plutarchus in civilibus: λύκον & φασὶ τῶν ὠτῶν κρατεῖν.* Sed ad rem.

XIX.

Sequentes Cæsares multum de hac consuetudine remiserunt, & quantum ego arbitror, rectè, neque enim fas est, summam potestatem, leviusculis hisce negotiis distringi, & à Reip. cura abduci, ea propter satis generosum mihi semper visum est, illud Tiberii apud *Tacit. lib. 3. Annal.* de se ipso loquentis: Non ædilis, aut Prætoris, aut Consulibus partes sustineo, majus aliquid & excelsius à Principe postulatur. Observare tamen licet, si qua Imperii status crimen aliquod commisisset, Imperatores cum statibus reliquis huic judicio interfuisse: ita *Christoph. Lehman. Chronic. Spirens. lib. 5. cap. 6. ex Witikindi lib. 2.* refert: Regem Ottonem I. (ita sæpicolè Imperatorem etiam usus feudales vocant) condemnâsse Eberhardum Comitem Franconiæ centum talentis æstimatione equorum, omnesque Principes militum, qui eum ad hoc facinus juvabant, dedecore canum, quos portabant usque ad urbem Regiam &c. De quo poenæ genere *vid. Otto Frisingensis Episcopus patruus Frid. I. seu Barbarossæ Helvic. theatr. Hist. ad ann. Christi 1140. de gestis Frid. c. 28.* De hac quæstione, quis judicet statum Imperii in causis criminalibus, in delictis commissis, cõsulendi sunt autores quos magno numero adducit *Magnif. Dn. Myler in coroll. Rümelin. ad Aur. Bull. part. 2. dis. prim. C. 5. in addit. lit. C.* Illud hic monere aliquanto videri posset alienius, quod Imperator in feudis Regalibus, quando iis propter feloniam privandi veniunt Vasalli, judicet secundum quosdam solus *Andr. Knich. de territ. jur. cap. ult.*

cap. ult. num. 2. *Dominic. Arum. diss. 3. ad A.B. cap. 41. Domin.*
Carpzov. ad L. Regiam Germ. sect. 12. cap. 9. num. 27. quibus
 contrariatur *Domin. Limna. de I. Publ. lib. 2. cap. 9. num. 54.*
 cum allegat. qui cum paribus curtis id est Proceribus il-
 lum Judicem competentem statuit. Singularitatem hanc
 priores deducunt è textu *pr. Feud. 18.* nituntur etiam, ut
 putant a pertis verbis *O. Cam. part. 2. tit. 7.* Ob auch Sachen
 fürstien / Fürstenthumb / Herzogthumb / Graffschafft &c.
 belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil
 gänzlich und endlich abgesprochen werden solten / derselben
 Erkantnuß wollen wir der Kaiserlichen Mayestät oder Jh-
 rer Lieb und Räis. May. abwesend / als Römischer König
 hierinn / &c. vorbehalten haben. Temperamentum quasi
 huic disceptationi adhibet *Dn. Georg. Adam Struv. syntagm.*
jur. feud. c. 16. aphor. 5. dum refert quid fecerint antea in si-
 milibus Augusti, ad quod propendet etiam *Dn. Carpz. loc.*
cit. n. 25. & 26. Ecclesiastici Principes & status Imperium
 immediate recognoscentes possunt quidem ob crimen
 publicum Regalibus & privilegiis quæ ex beneficio Impe-
 rii habent à Cæsare privari, non tamen capitaliter puniri,
 sed criminis cognitio & puniendi potestas penes Eccle-
 siasticum forum erit juxta *Canonist. in cap. diligenti X. de*
foro comp. Gail. lib. 1. de Pac. Publ. cap. 8. num. 8. Mynsing. Cent.
si observ. 58. num. 6. Prosper. Farinac. lib. 1. tit. 1. quest. 8. num. 22.
Colleg. Jur. Argent. Thes. 13. tit. de accusat.

XX.

Operosum jam non est ex supradd. inferre quis ju-
 re Justiniano merum Imperium habuerit, illi scil. quibus
 speciali lege & quæ huic respondent SCto, Plebiscito, il-
 lud tributum est *l. 1. ff. de off. ej. Bachov. ad τὰ πρῶτα rubr. de*
imp. mer. num. 3. & ad Treutl. Vol. 1. disp. 3. §. 6. lit. E. Vinn. de Ju-
 D 3 risd. cap.

4.



risd. cap. 2. Ampliff. Dn. Hahn. in not. ad VVes. tit. de offic. ei. n. 3.
 Cœpit quidem postea ordinario jure istud Imperium tri-
 bui Præfecto urbi & in Provinciis Præsidi, aliisque multis
 jurisdictionem habentibus, sic tamen ut non competierit
 eis vi jurisdictionis, sed vi specialis concessionis *Petrus*
Gudelin. de jure novissimo lib. 5. cap. 13. num. 15. Necessè au-
 tem non fuit ut in quolibet individuo, hoc vel illo Præ-
 fide, Præfecto, lex repeteretur: nihil enim interest an lex
 singulis Magistratibus, qui creantur, merum Imperium
 ad tempus vel in perpetuum tribuat, an verò in perpe-
 tuum omnibus, qui hoc vel illo Magistratu fungentur;
 quippe semper verum erit, lege tributum Imperium non
 more Majorum, non jure Magistratus competere *Vincent.*
Cabot. l. 2. disp. 7. p. m. 215. Hinc quoque est quod *Vlpianus*
 cautè admodum loquatur in *l. 1. pr. ff. de off. Præf. urb. omnia*
omninò crimina Præfecturam urbis sibi vindicare, non ea tan-
tum, quæ intra urbem admittuntur, verum ea quoque quæ ex-
tra urbem intra Italiam: Eadem opera potuisset dicere ad
 Præfectum urbi omnia crimina spectare *Jun. Scip. Gentil.*
lib. 3. de Jurisd. cap. 20. Sic nec Præfecti Prætorio, qui variis
 & amplissimis subnixa fuerunt privilegiis de quo *Guido*
Panciroll. in notit. Imp. Orient. cap. 5. & VVolfgang. Lazius lib.
2. comment. Reip. Rom. cap. 1. cognitionem causarum crimi-
nalium habuerunt, ut refert Pithæus ex Vlpiani lib. 9. tit. 14.
de offic. Procons. in collat. LL. Mosaic. vid. Dn. Tabor. in racem.
crim. analyt. explic. artic. 158 Const. Crimin. Caroli V. num. 6.

XXI.

Non hic existimandum est, omnes eos, quibus me-
 rum Imperium competiit, eodem gradu illud apud Ro-
 manos habuisse, sicuti enim Jurisdictio & mixtum Impe-
 rium penes quosdam Magistratus fuit plene aut minus
 plene,

plene, quod nos Magistratus municipales docere possunt, hi siquidem nec jurisdictionem suam pœnali iudicio defendere *l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp.* neque multam dicere *l. 5. C. de defens. civit.* neque jubere cavere Prætoria stipulatione, nec in possessionem mittere *l. 4. ff. de Iurisd. l. 26. ad munic.* præterquam ex sola causa damni infecti *l. 1. ff. de damn. infect.* concessum erat de quo *vid. Guido Panciroll. sing. tract. de Magistr. municip. Paulus Buis in l. 1. ff. de Iurisd. num. 13. & in subtilitat. lib. 2. cap. 14.* particulam tamen mixti Imperii habuerunt. Præses enim quod illorum Imperio defuit facile supplere, atque ita jurisdictionem eorum tueri, & ad effectum perducere potuit *l. 4. §. 9. ff. de damn. inf.* Eodem modo res sese habuit in mero Imperio, quod penes quosdam in gradu intensiori resedit, apud quosdam verò certis limitibus & terminis fuit circumscriptum sic ut non de omni crimine, nec omni tempore, nec quovis poenarum genere punire potuerint. Exemplum luculentum nobis præbet Præfectus Vigilum, qui de furtis & incendiis noctu admissis cognoscebat *Jul. Capitol. in Marco. ictu fustium vel flagellorum puniebat,* de capitalibus autem causis liberorum hominum non pronunciabat, sed illas ad Præfectum urbi remittebat. *l. 3. §. 1. l. ult. ff. de offic. Præf. vigil. l. 1. C. eod.* non enim usu infrequens est ut Magistratum seu iudicium alter alterius brachium, ut loqui amant, impleret. *l. 15. §. 1. ff. de re judic. l. 45. §. 1. ff. de Iudic. cap. 14. extr. de for. comp. Carpz. Jurisp. forens. part. 1. Const. 2. def. 28. Gothofredus Fibig. de process. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 3.* Iustinianus deinde prætori plebis in locum Præfecti, vigilum suffecto in eos, qui nocte moechando vel furando vel alio modo deliquissent, plenius merum Imperium concessit *Nov. 13. vid. Panciroll. comm. in notit. utriusque Imp. part. 1. cap. 27. & part. 2. cap. 7.* Quod autem monui omnes poenas sume-

sumere cuius merum Imperium habenti non licere, sed imprimis hic observari illam sententiam, quæ ad merum Imperium pertinent, ea nisi omnia specialiter lege tribuantur, nemini competere *Cujac. notavit in Nov. 174. & in l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam.* ubi negat argumentum hic valere à majori ad minus, de quo alias *Everhard. in loc. legal. tit. 16. & 15.*

XXII.

Quidam interpretum non modo per specialem concessionem jus gladii conferri, sed etiam præscriptione illud acquiri asserunt, quod tamen de jure Romano non unâ cautione & distinctione indiget. Nam primum hinc removendæ sunt personæ privatæ, quippe quæ Jurisdictionem & merum Imperium usurpantes in gravissimum incidunt crimen læsæ Majestatis *Prosper Farinac. de crim. læsæ majest. quæst. 114. num. 21. & mult. seqq. l. 3. ff. ad Jul. Maj. ut taceam hæc non esse objectum habile ad usucapionem & præscriptionem, quæ non est nisi earum rerum quæ in patrimonio esse possunt Dnus. Hahn. in not. ad Vvesenb. tit. de Jurisd. num. 9.* Distinguendum quoque videtur inter personas, quæ gerunt Magistratum, etenim qui simplex & nudus est Magistratus, nihil hic sibi præscriptione quærere potest, sed si ultra antiquos terminos jus dicat, officio quasi acquirit Præfecturæ V.C. *arg. l. 8. C. de divers. offic. lib. 12.* quæ tamen acquisitio non est magni momenti, cum semper Princeps veteres limites pro arbitrio restituere possit. Sed quæstioni huic & præscriptioni locus est in hujusmodi persona, qui quasi Dominus est territorii & jus perpetuum, & transmissibile, & Jurisdictionem, quam vocant, patrimoniam habet. Qui facilius etiam præscriptione Jurisdictionem suam extendit, nec tantum civilem, sed

lem sed etiam præsupposita persona habili, criminalem
 & imperium merum *Magnif. Dominus Theodor. Reinking.*
de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 36. & seq.
 Hoc itaque modo Jurisdictionem acquirunt Principes,
 Comites, Barones, & amittunt alio sic præscribente, qui-
 bus in terminis audiendi sunt *Dd. quoties de Jurisdictionis*
præscriptione tractant Muscorn. de Jurisdic. num. 127.
Paurmeister. de Jurisdic. lib. 1. cap. 23. Francisc. Balbus de præ-
script. part. 2. pr. 5. quæst. 1. 2. 3. Bach. ad Treutl. 1. Vol. disp. 3. §. 7.
lit. C. Wesenbec. consil. 95. Qua consideratione hujusmo-
 di jura quoque sunt in commercio, cum sæpissimè castra
 & integros pagos permutari ac vendi videamus *Arnold.*
Vinn. tr. de Jurisd. cap. ult. num. 8. Dn. Georg. Franzke comm. ad
Pand. tit. de act. empt. vend. num. 223. Bach. ad prim. part. Pand.
ad tit. 1. lib. 2. rubr. de caus. efficiente Jurisd.

XXIII.

Rectores Academiarum hoc quoque jure gaudere ex
Auth. nobilissima Habita C. ne fil. pro patr. contendit Scip.
Gentil. lib. 3. de Jurisd. cap. 17. ubi dissentientium argumenta
 subducit, iisque respondet. Putat autem ex *Auth. dispo-*
sitione nō universum merum Imperium illis competere,
 sed tantum secundum vel tertium gradū juxta tradita su-
 perius *th. 9.* quæ sententia olim fuit *Jacobi de Arena* refe-
 rente & probante *Cyno in d. Auth. n. 5.* qui distinguere solebat
 inter crimen atrocius & minus atrox. Sed hæc displicent
Bach. ad Treutl. Vol. 1. disp. 3. §. 4. lit. G. qui præsidium inter
 alia collocat in locum ex *Petri de Vineis lib. 3. Epist. 11.* addu-
 ctum (fuit is *Friderici II. Cancellarius* ut refert *Carol. Si-*
gon. de regn. Ital. lib. 18.) Hunc locum *Scipio* ut *Constitutio-*
nem specialem studio sc. Neapolitano tantum datam ex-
 plicat.

E

XXIV.

sed
 um
 tri-
 4. &
 ar-
 alias

 con-
 e il-
 non
 hinc
 isdi-
 num
 rim.
 Maj.
 nem
 æ in
 b. tit.
 inter
 plex
 quæ-
 ficio
 c. lib.
 cum
 tuere
 n hu-
 & jus
 n vo-
 escri-
 civi-
 n, sed

Handwritten mark

4.



XXIV.

Quicquid tamen hujus fit, notissimum est multas Germaniæ Academias hoc jus exercere etiam in gradu supremo. Sic de illustri Tubingensi testatur *Iohan. Sichard. in d. Auth. num. 22.* de Rostochiensis *Ernest Cothman. Respons. Academ. 1.* Illud Parisiensem habere docere potest historia quam habet *Estienne Pasquier libr. 3. des recherches de la France chap. 23.* verbis seqq. *En l' an 1407. Messire Guillaume de Tignonville, Prevost de Paris fist pendre deux Escoliers, estudiants en l' université de Paris, l' un nomme Leger du Moussel, Normand, l' autre, Olivier Bourgeois, Breton, tous deux malgisans, qui avoient tué un hōme de sang froid, lesquels ayant demandé leur renvoy, comme Escoliers, par devant leur Juge, Tignonville sans y avoir esgard, les condamna d' estre pendus, & estranglés au gibet de Montfaucou, ou il les fit conduire de l' instāt mesme, à jour failli, avec la lumiere de torches, craignant, que s' il remettoit, du jour au lendemain ceste execution, ils ne fussent recoux du Roy, en faveur de l' université. Chose dont elle appella, & en fit l' espace de quatre mois telle instance, qu' il fut ordonné par arrest de l' an 1408. qu' ils seroient dependus, comme il fut fait. Et dit Alain Chartier, que le Prevost y fut en personne, & les baisa en la bouche, & envoya avec ses sergens depuis le gibet jusque au Monstier, ou ils furent inhumés &c.* Meminit breviter hujus facti *Scipio loc. supr. cit.* Quomodo observetur de consuetudine circa hanc *Auth. docet Dominus Carpzov. pr. Crim. p. 3. quest. 110. num. 78. & in Iurispr. Forens. p. 1. Const. 27. def. 10. & Petr. Heig. part. 2. quest. 11.*

XXV.

Magistratus, qua Magistratus nunquam habuisse jus Gladii, de jure scripto communi, Legibus, rationibus, & auctori-

autoritatibus me satis probasse confido, cujus contradi-
 ctiores paucissimos inuenies, & qui adhuc supersunt dif-
 sentientes ampliter ex sapientum scriptis subinde à me al-
 legatis confutantur. Dabitur quoque fortean uberius hâc
 de re differendi in conflictu occasio. Verùm in eam mul-
 ti, iique non infimi census Jcti descenderunt sententiam,
 quasi hodie illud mutatum sit. Ita *Vvesenb. noster in para-*
titl. de off. ej. & c. n. 4. de mero Imperio loquens dicit, quan-
 quam communiter receptum sit hodie etiam hanc partem
 gubernationis delegari posse: Scilicet quod non ex speciali
 privilegio amplius, sed una cum Iurisdictione detur &
 transeat, repetendo confirmat suum errorem ad *tit. de Iu-*
risd. num. 11. *Henric. Bocer. tr. de Iurisd. cap. 6. num. 28. & cap. 8.*
num. 106. & *Paurmeister. in tr. de Iurisd. cap. 24. num. 22.* notius
 id esse ait quam ut probatione indigeat *Bach. ad rã w pãra*
rubr. de mero imperio num. 4. *Henr. Zoef. in comm. ad w. tit.*
de Iurisd. num. 55. & ipsius individuus sectator *Perez. in C.*
de Iurisd. omn. Iud. num. 23. Collineant eò *Simon. à Græne*
vvegen de LL. abrog. in l. 4. ff. de Iurisd. & Petr. Gudelin. de
Iure novissimo lib. 5. cap. 13. circa fin. qui tamen duo poste-
 riores excusari possunt, quod loquantur de moribus pa-
 triæ, id quod suspicor ex *Arn. Vinnii tr. de Iurisd. cap. 2. num.*
ult. Fundamenta hujus assertionis superioris adferunt
 potissimum illa, quod jam olim sub Principibus, sub no-
 mine Magistratus imperium merũ concedebatur. Quem
 Princeps, ait *Cujac. in l. 131. de V. S.* creat Provinciæ Præsi-
 dem, hoc solo nomine dat ei criminum executionem:
idem sentit ad Papinianum in l. 1. de off. ej. in fin. quem sequi-
 tur *Thom. Michael. de Iurisd. 9. 182.* Altera ratio, qua nitun-
 tur est, quia in Imperio Germanico omnes Principes, Co-
 mites, Barones, Imperium Merum suo & proprio jure ha-
 bent *vid. Bach. loc. cit. num. 4. & seqq.*

XXVI.

Verum enim verò, quamvis horum doctissimorum virorum autoritas apud me sit sanè magna, illis tamen in hoc assentiri non possum, cum degeneris animi sit adstrictum esse ut curet quid alii dixerint, si non potius attenderit, quid ex veritate dici possit, quemadmodum masculè olim *Zasius* pronunciavit *lib. 2. sing. resp. cap. 2.* idè ab illorum partibus sto, qui nec hodie jus gladii jure Magistratus competere contendunt 1. enim nullus potest produci idoneus textus, quo illud mutatum sit, ergò causa nulla est ut à veteri jure recedamus *l. 27. C. de testament. l. 32. §. ult. C. de appellat.* Consuetudinem quidem contrarium introducere posse non diffiteor, sed ea adhuc nondum probata est, nec vel à *Vvesenbec. vel Paurmeist.* vel alio quopiam, qui se in ea fundat, ptobari posse credo; magis est ut jus antiquum confirmetur. 2. Expressa constitutione novissima criminali Caroli V. *art. 2.* effectum si consideres, dum enim mandare Jurisdictionem criminalem Imperator vetat, nisi hoc fiat in casu necessitatis, tacitè se referre voluisse censendus est, ad id, quod antiquitus erat constitutum, quo illud quod proprio jure non habebatur non etiam poterat mandari *Dn. Hahn. ad Vvesenb. de off. ej. num. 4.* Priori rationi satis factum est à *Bachovio ad Treutl. Vol. 1. disp. 3. §. 4. lit. E. & comm. ad τὰ πρῶτα rubr. de imp. mer. num. 3. & seqq. Georg. Franzke comm. ad τ. tit. de off. ej. num. 4. & de Jurisd. num. 56. Scip. Gentilis lib. 3. de Jurisd. cap. 20. & eod. lib. cap. 25. Cabot. lib. 2. disp. 7. Dn. Georg. Adam. Struv. Exercit. ad τ. 4. §. 80.*

XXVII.

Altera ratio à Statibus Imperii petita nihil concludit,
cum.

eum non rectè Principes, Comites &c. nostri, cum veteribus comparentur vel Præfectis Prætorio, Præsidibus, vel aliis, ad Provincias vel integras dioceses regendas missis, quod tamen solenne ferè est priscis Jureconsultis, ut munera eorum fuerint splendidissima, non enim puto quenquam latere posse, quænam horum omnium Magistratum sub auspicijs Imperatorum fuerit potestas atque officium, docent id nos *Iulius Caesar de bello Gall. lib. 6. & Tacit. de morib. Germ. cap. 7. 11. & seqq.* Quomodo verò Duces & Comites se habuerint postea quam Franci sibi Germaniam subjecere, tradit *Beatus Rhenanus lib. 2. rer. German. & Wadianus lib. 1. de colleg. Monast. in Germ. vet. scribit: Perinde ut apud Romanos Proconsules, Præsides, Quæstores, Procuratores, ita in Francorum regno Duces, Comites, & qui Camera nuncii dicebantur, alienæ potestatis functionem gerebant.* Id quod *Aventinus* firmat *lib. 3. Annal.* Ducibus & Comitibus tum temporis, non dominium quoddam in integras provincias & Regalia tributa omnia, sed illi Gubernatores solum Provinciarum & ministri Regum ac Imperatorum erant.

XXVIII.

Temporis progressu Principes & Comites administrativa hac potestate non contenti (confer *Aristotel. lib. 3. πολ. cap. 11. & 15. & lib. 4. πολ. cap. 11.*) liberiori Imperio usi sunt, quod cum animadverterent Imperatores illam Præfectorum *ὑπεροχὴν* Imperio oppido esse periculofam, quippe qui vel ipsi sese Dominos Provinciarum constituerent, vel cum hostibus Imperatorum spe ampliorum opum & dignitatum adipiscendarum colluderent, remedium hoc adhibuere, ut ipsis præter dignitatem & administrationem,

E 3

nem,

4.



nem, dominium quoddam & jus superioritatis in illas
 provincias jure feudi concederent, atque ita eos sibi ad
 fidem exhibendam devincirent, ne remedio hoc non ad-
 hibito, provinciæ prorsus subjectioni & Imperio Germa-
 norum eximerentur *Vultej. lib. 1. Feud. cap. 1. num. 14. Ernest.
 Cothmann. 4. cons. 3. Petr. Heig. part. 1. quest. 2. num. 5. Magnific.
 Dominus Reinking de Regim. Secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 4.
 cap. 16. num. 32. Dominus Carpzov. tr. ad L. Reg. German. cap.
 3. sect. 13. num. 35. confer Thomæ Frantzii disputation. de feud.
 origin. olim Witteberga Anno 1596. habitam & nuper ab Am-
 plissimo Domino Struv. syntagm. feudali subnexam. Quo in-
 trodueto jam non amplius dubito cum Andr. Knich. de
 sublim. teritor. jur. cap. 1. num. 64. num. 216. num. 288. potesta-
 tem Principum modernorum vocare perpetuam, irrevo-
 cabilem, jure quodam Regio competentem. Wesenbe-
 cius postea *cons. 27.* etiam hanc *σύννεσις* non benè insti-
 tutam esse, dum contrarium statuit, fatetur. *Frantzke lib.
 1. Resolut. 13. num. 21.* Ita ut Status Imperii in quibusdam
 plus possint in suis terris, quam Imperator ipse in Impe-
 rio, ut docet allatis exemplis *Herman. Vultej. ad tit. C.
 quand. Imp. inter pupill. jus dic. num. 21. Bach. de Action. disp. 2.
 th. 3. lit. C.* Hinc perplacent mihi verba, quæ habet *Arnold.
 Vinn. de Jurisd. cap. 3. n. 6.* quæ propterea mea facio: *Princi-
 pes isti (de Germanis nostris loquitur) non sunt nudi Magi-
 stratus, sed quasi Reges in suis ditionibus, jus Regalium habent-
 es, quo iure & Magistratus creant, ac proinde nec recte dixe-
 ris eos mandare merum Imperium, non magis quam Princeps
 Romanus olim dicebatur id mandare, quando Praesidem
 creabat.**

XXIX.

Ex dictis sua sponte fluit ratio, cur merum Imperium
 nec

nec olim mandari potuerit, nec hodiē mandatariis cōpetat, quod cum liquidum sit *ex superioribus*, multis illud hic non probabo *vid. l. 5. ff. de Iurisd. l. 3. de offic. ej.* Exceptionem tamen lubens agnosco illam, quam suppeditat *l. 1. ff. de offic. ej. in pr.* quod non solum obtinet cum de crimine violentiæ sed etiam alio quolibet agitur *arg. d. l. 1. & l. 1. §. 8. ff. ad SC. Turpil.* quæ LL, generaliter conceptæ sunt, & de quibusvis quoque criminibus Procurator Cæsaris cognoscit, cui ob justam absentiam Præses imperium suum mandavit *l. 2. C. de pæn. l. 3. C. ubi caus. fiscal. l. 4. C. ad L. Fab. de ptagiari. l. 23. §. 1. ff. de appellat.* Multi hanc exceptionem restringunt ad iudicium publicum L. Juliæ devi Bronchorst. *1. assert. 16. Henric. Zoës. comm. ad Pand. tit. de Iurisd. num. 54.* qui rationem diversitatis in eo ponit, quia gravius animadvertatur in sicarios lege Cornelia quam in transgressores Legis Juliæ. Ex jure novissimo potest huic jungi casus infirmitatis *art. 2. der Peinl. Halsger. Ordn. ibi: auß Schwachheit des Leibs* / quamvis de jure civili non excusare videatur *arg. l. 2. §. 7. de vacat. & excus. mun. Dn. Hahn. ad tit. de offic. ej. num. 4.* Sunt qui heic comminiscuntur & tertiam exceptionem in eo, cui Princeps specialiter causam criminalem expediendam commisit *ex l. un. C. qui pro sua Iurisdic. Scip. Gentil. lib. 3. de Iurisd. cap. 28.* Præsidium quærunt in verbis: Hæc teneant nisi Iudices à nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint iudicandas, nam his delegantibus, nullo personarum, causarumve habito tractatu, appellationum ad eos jure iudicia remeabunt. Verum hæc lex satis commodè potest accipi de causis natura sua delegalibus, cum nulla mentio fiat causarum criminalium *Cyn. in hanc l. n. 8. Salycet. in eand. num. 1. Obrecht. de Iurisd. cap. 5. num. 25.* Constitutio ista saltem voluit tradere exceptionem ejus, quod etiam is, qui
 Magi-

Magistratus non est, & mandatam solummodò habet à Principe Jurisdictionem, eam rursus sine vitio alteri possit subdelegare *Perez. in C. d. l. num. 2. Legi. C. de iudiciis* eadem responsio potest accommodari.

XXX.

Scrupulus adhuc superest non minimus quid de jure Canonum obtineat, à Canonistis enim celebratur illud brocardicum: *Quicquid est cognoscibile, illud etiam est delegabile cap. in ArchiEpiscopatu 6. de raptor. & ibi gloss. cap. quod sedem 10. & ibi gl. X. de offic. Iud. ordin. Felin. in cap. signifiasti 7. X. de offic. & pot. Iud. deleg. & novissime Iacobus Mæstert. tract. de Iustitia Romanar. legum lib. 1. dubitat. 29. prope finem dicit: Enimverò licet non jure civili, jure tamen Canonico receptisque moribus merum Imperium delegari potest. Alciatus tamen in d. cap. quod sedem. hanc sententiam refellit, jungat. Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 20. Ipse quoque Felinus in cap. quod sedem post allegata quædam, pro prior opinione facientia, fatetur sine magno periculo sustineri posse, non differre hac in parte jus Canon. à civili, atque ita secundum regulam collectam ex cap. 1. & 2. de nov. op. nunc. in dubio Ius Canonicum & civile concordare, nec facile inducendam inter ea esse discrepantiam Rittershus. diff. Iur. civ. & Canon in præm. Textus autem qui illud aperte probet è jure isto profertur nullus. Quod habetur in cap. fin. ne Cler. vel Monach. secular. negot. posse Episcopum aliumve Prælatum, temporalem Jurisdictionem habentem delegare causas sanguinis, illud speciale esse nemo non videt, quandoquidem Clerici causas hujusmodi agitare nequeunt *Paul. Bus. in l. 1. de off. ej. num. 5.* admonentur quippe passim ne cædi alicujus aut sanguinis effusioni cooperentur, sed reos potius sua intercessione à morte liberent*

rent *caus. 23. quest. 5. c. 7. Pruckmann. vol. 2. cons. 4. num. 13. & seq.* idque ex malè intellectis verbis *Ezechielis Prophetæ cap. 18. versult. & cap. 33. vers. 11.* Sed confundunt mortem ac vitam temporalem cum æterna *Rittershus. diff. jur. civ. & can. lib. 6. cap. 5.* Hic non inutiliter leguntur, quæ habet *Dominus Carpzov. contra Anabaptistas & Photinianos pr. crim. p. 3. quest. 101.*

XXXI.

Dissimulare hic non debeo *Zoæsum in comm. ad Pand. tit. de Iurisd. num. 58. & seqq.* per varia textuum dubitare an etiam omninò penes Ecclesiam sit merum Imperiũ, quod si neges, disputatio hæc ferè supervacua est, cum Canones qui in hoc negotio decidendo adduci solent, maximam partem de personis Ecclesiasticis agant. *Κηρο Φύγερον* non relevat *Mestertium* quod de Rege Siciliae causas criminales delegante in *cap. 6. ext. de raptor.* affertur, qui tamen beneficiarius sit sedis Romanæ *Clementina pastoralis de sentent. & rejud.* nam Rex Siciliae non habet merum Imperium ab alio ut illud nudi habent Magistratus, sed illud habet tanquam Princeps, qui fruitur suprema in regno suo potestate. Licet enim jure feudi ut Cliens Pontificem agnoscat Dominum, verus tamen Rex est, omnia jura in subditos sibi asserens, quæ Principem habere decet, confer *Fachina. lib. 9. contr. 99. Zoæf. loc. cit. num. 62.* Ratiocinatur *Dn. Mestert.* ex falsa hypothese, quasi fidelitatis aut tributi præstatio adimat ejusmodi Principibus, supremam quam in subditos habent potestatem, eamque transferat in eum qui vel feudum concedes, vel censum accipit, quod ipsi largiendum non est, cum hæc nihil inter se habeant commune *vid. Dn. Iohan. Otto Tabor. disput. ad VVesembec. 2. quest. 11.*

XXXII.

Prius quam hinc abeam brevibus subjicio, quid de prorogatione in criminalibus sentiendum sit. Juris enim certissimi est, non solum mandatam jurisdictionem legibus confirmari *l. 6. ff. de Jurisdic.* sed etiam prorogatam iisdem comprobari, ut jam vi hujus prorogationis jus dicere possit inter eos, qui jure publico jurisdictioni ejus non sunt subiecti *l. 14. de Jurisd. l. 1. l. 2. pr. & §. 1. l. 74. §. 1. ff. de Jud. Bach. ad τὰ πρῶτα rubr. de Jurisd. prorog. num. 1. Vultej. in l. 1. C. de Jurisd. num. 135. & Bocerus de Jurisdic. cap. 7. num. 22.* negant eam in criminalibus posse defendi. Verum rationem prænantem quæ id impediatur non video, magis itaque est, ut sequar sententiam *Bartoli in l. 1. de Jud. num. 9.* illud affirmantis, quam etiam communem testatur *Gail. lib. 1. de Pace Publ. cap. 10. num. 10.* modò is de cujus jurisdictione proroganda agitur, habeat jus cognoscendi de crimine, cujus quis reus postulatur, unde dubitatio *Baldi in l. 9. C. de Episc. audient.* superstitiosa apparet, quod non facile sit concedenda prorogatio, si agatur de pœna pecuniaria fisco applicanda, quippe quæ in detrimentum Reipublicæ vergit. Sed quid? si ego cum cordatis Jctis statuerem non esse prorogationi locum, nisi inter eos, qui communi Imperio V. C. uni eidemque Principi subiecti sunt, quo casu non capio, quæ fiscus circumferibatur. Utilitas tamen hujus disquisitionis non est magna, quoniam reus in quovis loco ubi reperitur, fortitur forum *vid. Arnold. Vinn. lib. 1. select. quest. cap. 4.* qui nervosè totam de prorogatione materiã ex *Bachovii l. cit.* contraxit, & eundem de *Jurisd. c. 10. & 11.* Hi autores in concedenda prorogatione triparci sunt, quia sanè extraordinarium est, ut judex extra jurisdictionem jus dicere possit, & si effectum consideres quodammodo

dammodo hic privatorum consensus tribuit jurisdictionem. Sed frequens non est in foro nostro jurisdictione prorogata, & rarissimè vel nunquam accidit *Domin. Carpzov. de process. tit. 2. art. 1. num. 18. Franzke lib. 1. Resolut. 17. num. 95.* imò ordinarius subditos suos cum causa poenalibus mandatis ad se retrahere potest *Gail. lib. 1. obs. 40. num. 4. Matth. Stephani de Jurisd. cap. 25. Dn. Joachim. Schnobel. Disp. 2. ad Pandect. §. 11.*

XXXIII.

Finis præcipuus meri Imperii est, ut crimina puniantur, & homines emendentur, sicut patet *ex ejus descriptione*: deinceps ut alii per ejusmodi exempla à similibus peccatis, quæ prohiberi publicè interest, metu cognitæ poenæ in gyrum rectæ rationis redigantur, ne in mores abeant maleficia *l. 6. & l. 20. ff. de pæn. Gell. lib. 6. noct. Articar. c. 14. Petr. Heig. part. 2. quest. 37. n. 28.* Id quod etiam eleganter conjunxit *Plato lib. 34. in Gorg. Convenit omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipsum fieri meliorem, utilitatemque percipere, vel cæteris exempla dare, ut illi pœnas aspicientes, meliores efficiantur.* Quo referri quoque potest illud *Ciceronis lib. 1. de offic. Pœnis utimur contra delinquentes, ne quid post hac committant ipsi, cæteri verò sint ad delinquendum tardiores. Facit arg. leg. 28. §. 15. de pæn. ubi περὶ βοντοῖς ληστῶν,* quemadmodum Græci famosos appellitant latrones, iis in locis furca figendi dicuntur, ubi grassati sunt, quò eorum conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus *Rittershus. in partit. feud. lib. 2. cap. 10. num. 26.* Eandem ob rationem puto militem quoq; desertorem à Præside Provinciæ posse puniri, si gravius deliquerit, licet alias regulariter Provinciæ Præses militem desertorem auditum remittere ad suum Ducem cum elogio teneatur, *vid. l. 3. in*

44.
pr. ff. de re milit. & ibi Gothofr. jung. l. 7. §. 4. ff. de accus. l. 6. &
20. ff. de pæn. Domin. Carpzov. I. P. F. part. 4. Constit. 35. De-
finit. 3.

XXXIV.

Objectum jurisdictionis Criminalis absque omni du-
bio est corpus hominis facinorosi, cum *declarat. θ. 10. de cu-*
jus delicto perpetrato ex processu ordinario vel inquisito-
rio ventilato constat. Hinc homines noxii qui delique-
runt, dicuntur materia in qua pœnæ sunt exercendæ *Petr.*
Theodoric. in colleg. crimin. disp. 10. θ. 3. lit. A. quod adeò ve-
rum est, ut nec liberi nec hæredes noxiorum, licet alias una
eademque persona cum parentibus esse vel defunctum re-
præsentare in jure nostro fingantur, teneantur. *l. 20. & 26.*
ff. de pæn. Pœna delicti enim est æstimatio *l. 41. in fin. ff. de*
pæn. quæ cum præterquam à debitore exigi non debeat.
l. 6. ff. de N. G. utique nec pœna alii quam ipsi fonti potest
infligi *Prosp. Farinac. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. questione 24.*
num. 1. Quod tamen fallit si delinquens mortuus sit post
sententiam, quæ vires rei judicatæ consecuta est: tum nam-
que ad hæredes quoque pœna transit, eò quod hi secuta
condemnatione, incipiant teneri ex quasi contractu *vulg.*
l. 3. §. 11. ff. de pecul. & l. 2. ff. de Prator. stip. Vasq. illustr. controv.
96. num. 17. & seq. Fallit quoque si delicti atrocitas confi-
scationem bonorum requirat, ut accidit in crimine læsæ
Majestatis, quo casu liberos successione privari, & per con-
sequentiam & indirectum puniri, nemini obscurum est
l. 5. C. ad L. Jul. Maj. Hisce geminas exceptiones sugge-
runt *l. 20. ff. de dol. l. 22. ad SC. Silanian. l. 20. ff. de ac-*
cusat.

XXXV.

XXXV.

Posset quis existimare, bruta animalia interdum etiam constituere objectum meri Imperii, cum non solum Deus ter optimus maximus sanguinem hominis in brutis se vindicaturum minetur *Genes. 9. vers. 5.* Bovem corrupe- tam necari jubeat, si hominem occiderit *Exod. 21. vers. 28. 29.* pecudem quæ monstrosa Venere cum homine com- mixta fuerit interfici præcipiat *Levitic. 20. vers. 15. & 16.* sed etiam Athenienses juxta Draconis legem judicium de cæde in bruta imò in bipennem reddiderint, aut res alias inanimes, quibus homo periisset, notante *Guilielm. Budæo ex Græcis in l. 16. eventus ff. de pæn.* Id quod *Plato* secutus videtur *lib. 9. de legib.* qui si jumentum vel aliud animal hominem occiderit, damnatum extra regionis fines in- terfici jussit, & si quid inanime, præter fulmen aut aliud telum divinitus missum, hominem cadentem aut ipsum cadens oppresserit, damnatum similiter exterminari vo- luit. Verum enim vero, cum juxta *Aristotel.* doctrinam nulla sine ratione nec virtus, nec vitium sit, & secundum eundem *lib. 7. Ethic. cap. 1.* in brutum non cadat ἄδ' ἀπερὴ ἄδ' ἐναντία. Ideò isti dubitationi occurrì potest ex iis, quæ habet *Augustin. in canon. 4. quest. 1. caus. 15.* *Homines quidem propter reatum puniri, bruta verò non propter reatum puniri, sed oculis hominum & conspectui subduci, ne contaminata ne- fario flagitio turpissimi facti memoriam refricent mortalibus.* *Ioh. Selden. de jure natur. & gent. lib. 1. cap. 4.* Atrocitas faci- noris potest etiam hodie movere Judicem, ut facinorosi ædes demoliri faciat. In Galliis hoc observari patet ex sen- tentia cōtra Ravailiacum lata *Continuat. Jac. August. Thuan. ad An. Chr. 1610.* Pari modo processum Francofurti ad Mœ- num contra seditiosos refert *Idem ad Ann. 1616.* Potest &

illud dici, ideò quoque bruta ac res inanimes damnari, ut intelligant homines, quantoperè à cædibus sit abstinendum. Quæ rationes defendunt illos Iudices, quos *Guido Papa recenset quest. 238.* porcum ad laqueum damnâsse, qui puerum devorasset: cuius iudicii *Rebuff.* meminit in *proem. ad const. Reg. gl. s. num. 46.* *Plinius* memorat etiam se in Africa suspensos vidisse leones *lib. 8. cap. 16.* Illud quod lex constituit ut bestia cum parricidis culeo insuantur *l. un. Cod. de his qui par. vel lib. occid.* & consuetudo probavit *Dn. Carpzov. lib. 1. pr. crim. quest. 8. num. 15.* respectu bestiarum verè pœna non est, sed usus tantum domini humani in bestias *Hugo Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 21. num. 11.*

XXXVI.

Cæterum in cadavera reorum, quandoque animadverti solet, quod politicam habet considerationem, scilicet ut recordatione periculi alieni caveant alii & horror injiciatur istiusmodi exemplis, ne quis velit in eo deliquisse, in quo & cadaver delinquentis ab omni reatu non liberum esse videtur *Petr. Heig. part. 2. quest. 37. num. 43.* Nam & sacram scripturam denegationem sepulturæ pœnæ loco habere non obscure colligi potest *1. Sam. 17. vers. 44. 2. Reg. 9. vers. 34. Psal. 79. vers. 4. & 6. Dn. Carpz. prax. crim. part. 3. quest. 137. num. 70.* Quamvis enim de jure civili quoties pœna ante mortem in reo inchoata non est, crimina regulariter morte extinguantur *l. ult. ff. ad L. Iul. Majest. l. 3. & 6. de publ. judic. l. 20. de accusat.* quo alludit illud vulgatum, *mors omnia solvit*, de quo *Sebast. Medic.* integrum tractatum scripsit, & quoad nostrum scopum agit potissimum *p. 2. concl. 2. & 32.* Excipiuntur tamen eodem jure quædam crimina in quibus memoria defunctorum damnari

mnari & bona publicari possunt *dict. l. 20. de accusat. l. ult. ad L. Jul. Maj. junct. l. ult. C. eod. M. Anton. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 19. & seq.* Non itaque facile dixerim Judicem in Syndicatu teneri, qui cadavera mortuorum suscipi faciat, ut habet *Paris. de Puteo in tract. Syndicat. verb. mortuus cap. 1. num. 1. & Ludovic. Carer. in pract. crim. tr. de homicid. lib. 3. cap. 96. num. 7. & 8. citante Dn. Carpzov. d. p. 3. q. 131. num. 28.*

XXXVII.

Id per quod merum imperium est, quod est, & ab aliis distinguitur est jus sive potestas animadvertendi in facinorosos *sepius alleg. l. 3. de Jurisd. D. Georg. Frantzke p. m. in comm. ad Pand. num. 53. Bachov. ad τὸ πρῶτον rubi. de imper. Coll. Jur. Arg. tit. 1. lib. 48. thes. 4. & 5.* Secernitur autem in hoc à negotio maximè contiguo, Imperio scilicet non mero, seu mixto propter poenas quas inter sese habent communes, cum enim illud sit potestas publica in causis civilibus statuta & judicata modica coercitione tuendi & exequendi, quod duplici modo in jure nostro fieri potissimum legitur, vel manu militari *l. 68. ff. de rei vend. l. 3. pr. ne vis fiat ei qui in poss. miss.* vel pignorum captione, multæ dictione, aut corporis retentione *l. 9. §. fin. ad L. Jul. peculat. Magnificus & Nobilissimus Dominus D. Lauterbach. Præceptor meus atatem venerandus in Collegio MS. ad tit. de Jurisd. §. 6.* Ut ut autem hæc duo Imperia tam arctè se contingere videantur, non tamen ea propter Imperii in mixtum & merum dissectio, pro generis in suas species divisione sed pro vocabuli æquivoci in sua æquivocata distinctione haberi debet. Unde malè *Hermann. Vultej. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 12. & post eum Thom. Michael de Jurisd. concl. 72.* imperium dicunt esse Jurisdictionem in coercitione

442
 citatione positam, idque deinde in mixtum & merum dispescunt. Siquis enim differentias juri nostro probatas inter ea perpendat, non facile hæc confundet. Unum atque alterum saltem hic afferam.

XXXVIII.

Cur mixtum vocetur ex iis quæ modò tradita sunt intelligi potest, nimirum quia conjunctum & unitum est cum Jurisdictione, ejusque inseparabile adjunctum: siquidem hæc duo Jurisdictio & mixtum Imperium ratione personæ, cui competunt, indissolubili vinculo inter se copulata & nexa sunt, ita ut alterum ab altero divelli nequeat *Sutholt. dissert. de Jurisd. aphorism. 251.* nam sicut Magistratus esse non potest sine Jurisdictione, ita nec sine Imperio aliquo, quo Jurisdictionem suam tueatur, ratumque efficiat, quod statuit & decrevit *l. ult. §. 1. ff. de offic. ej.* Coeterum etsi imperium hoc ita ut dixi conjunctum, atque unitum est cum Jurisdictione, ut ab ea sejungi non possit, nihilominus tamen ut nominibus distincta sunt, ita & re ipsa sunt diversa, actusque Imperii & Jurisdictionis distincti, ut neque quod Jurisdictionis, Imperio, neque quod Imperii, Jurisdictioni attribui debeat, prout statuerunt *Cujac. lib. 21. Obs. 30. Arnold. Engelbrecht. in disquisition. de Jurisd. Imper. th. 7. & seqq. Vincent. Cabot. lib. 2. disp. cap. 9.* Si enim Jurisdictio rectè dicitur inesse mixto Imperio *l. 3. de Jurisd.* hoc illi cohærere *l. 1. de offic. ej.* mandata Jurisdictione etiam mixtum Imperium transire *l. 1. & l. fin. eod.* aliquid neque Imperii esse neque Jurisdictionis *l. 6. §. 2. de tutel.* profectò disparata esse & distincta, necessum est, quod alias disputationes illæ inutiles forent, *Henric. à Soverin. repet. lect. jur. c. 6. Anton. Faber. lib. 4. conject. c. 4.* Ulterius quando ea quæ sunt mixti Imperii secundum verio.

veriolem sententiam mandari possunt, nec quicquam dissentientibus communiter Doctoribus *Bachov. ad rā w pō r rubr. de Jurisd. mand. & Ind. dat. n. ult.* ecquis non videt in eo multum differre à mero Imperio? Cui volupe est, comparitionem hæc interconstituere, illi ultro infinitæ similes differentia se ingerent.

XXXIX.

Adhuc minori cura merum Imperium à Jurisdictione in specie sic dicta determinari potest, illa enim cum sit publica jure Magistratus competens, de controversiarum civilium justitia secundum jus constitutum cognoscendi & statuendi potestas *Sutholt. d. dissert. aphor. 101. & mult. seqq. Parlador. l. 2. rer. quotid. cap. 1.* quippe quæ olim ordinario modo à Magistratu per actionis cōcessionem & Judicis cum formula dationem expedita sit, ideò cuius perspicuum est, quantum ab ea distet merum Imperium. Verendum quoque non est, ut quis temerè notionem eum mero Imperio confundat, modò noverit quod ea sit potestas de facti controversi veritate cognoscendi, & secundum formulam à Magistratu præscriptam judicandi *l. 3. C. de ped. jud.*

XL.

Poterant hæc sufficere distinctioni negotiorum vicinorum à nostro mero Imperio, nisi quidam etiam jus reformandi Religionem vi & jure hujus meri Imperii competere assererent, quemadmodum non ineptè infertur ex *Instrumento pacis Cæs. Suecic. art. 5. num. 14. vers. Sola criminalis Jurisdictio.* Abolitione enim & cassatione opus non fuisset, si jure merum Imperium sic satis extensa interpretatione ad novam religionem introducendam porrexissent.

G

sent.



sent. Sed hæc potestas Jure superioritatis territorialis competit, ut non solum passim patet ex *transactione Passaviensi & pacificat. relig. de Anno 1555.* sed quam maximè etiam ex *artic. d. num. 12. ibi: quantum deinde ad & c. pertinet, cum ejusmodi statibus immediatis cum jure Territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hæctenus usitata praxi, etiam jus reformandi exercitium religionis competat vid. Dn. Carpz. Jurispr. Consist. tit. 1. def. 1. & seqq. Dn. Struv. Syntagm. feud. cap. 6. aphorism. 15. num. 1. & seq.* Error inde provenit, quod summa Majestatis jura sive Regalia & sacra regni *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 1. cap. 10. in pr. nesciverint ab hisce Jurisdictionalibus distinguere. Geminum ferè lapsum in veteribus Jctis notavit Bach. ad rã pãra rubr. de imp. mer. & Vinn. de Jurisd. cap. 6. num. 6. vid. Magnificus atque Excellentissimus D. D. Rebhan. Facult. Jurid. hodie Decan. Promotor. atque Præceptor meus perpetim colendus hodeget. jur. chart. 2. clim. 1. parall. 3. num. 39. in iis qui liberorum naturalium legitimationem, quæ per rescriptum Principis fit, eo quod in consentientes exerceatur Nov. 89. cap. 11. ad Jurisdictionalia referunt, quam sententiam præter alios tuetur Card. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 546. num. 10.*

XLI.

Tempestivum jam esset tractare propria item affinia meri Imperii, sed cū hæc satis possint intelligi ex dictis, remedia quadam assignabo, sive actiones, queis merum Imperium asseritur, Doctores ut plurimum populariter loquendo solent eas appellare, effectum Jurisdictionis *Vvesenb. in paratitl. de Jurisd. num. 13.* quod quodammodo improbat *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. disp. 3. th. 12.* Sed liceat & mihi eas sic vocare. Competit itaque, pro vindicando mero Imperio,

51.

Imperio, actio Confessoria utilis arg. l. 9. §. 2. de damn. infect. l. ult. de arb. cadend. quam generaliter Dd. ad vindicandam Jurisdictionem extendere solent *Iohann. Schneidov. ad §. aequè 1. de act. & Iohan. Faber ibid. num. 3. Dominus Hahn. in not. ad VVes. tit. de Jurisdic. Bach. tr. de action. Disp. 2. th. 23. Carpzov. lib. 1. Resp. 78. num. 33.* Idque rectè defenditur per *superius dicta*, ubi Jurisdictio patrimonialis est. Coetero quin ex ratione juris nostri, quo Magistratus nil nisi exercitium habent, si turbentur, actionem non habent, sed si ipsi se & suam Jurisdictionem tueri nequeant, Principem adire, & ad eum referre debent, quibus in terminis loqui videntur, qui ut dissentientes adduci solent. *Vaud. l. 2. quest. 27. & Coras. in l. 14. de serv. num. 2. Dn. Hahn. in not. ad VVesenb. tit. si usufr. pet. num. 2. in fin.* Dico autem utilem confessoriam posse habere locum contra quam *Hunnus* putat ad *Treutl. p. 1. disp. 3. th. 11.* ubi directam concedere videtur: verum quæ actiones per interpretationem & productionem utiliter accommodantur, non tam nativæ, quam dativæ sunt vid. omninò *Bachov. d. disp. de act. in exegef. th. 23.* qui hanc opinionem confutat.

XLII.

Similiter & actione injuriarum teneri cum, qui quempiam mero Imperio, quod habet, uti impedit, nullus dubito arg. l. 13 ff. de injur. Excellentissimus *Dom. D. Lauterbach. in coll. M. S. tit. de Jurisd. num. 11. Dom. Hahn. eod. tit. num. 13. Dn. Carpz. I. P. F. part. 1. Const. 32. Def. 27. Gail. de P. P. lib. 1. cap. 16. num. 27. & seqq.* Defenditur quoque Constitutionibus Imperii de pace publica, sive conveniri quis potest ad poenam fractæ pacis, modò concurrant requisita, quæ huic remedio locum faciunt, ut est i. Vis publica armata *Recess. Imp. de Anno 1548. August. in pr. Const. pac. publ. ibi: Mit gewehrter*

G 2

ter

lis
af-
mè
ri-
&
usi-
om-
Dn.
ror
a &
o. in
ere.
ad
n. 6.
ult.
tim
qui
cri-
atur
ten-
46i

inia
, re-
lm-
r lo-
ve-
im-
mi-
nero
rio,

Handwritten mark

4.



ter Hand. 2. Vis major & talis cui resisti vix possit, quæ
 3. proveniat ex vero dolo, atroce malitia, ex proposito &
 destinata offendendi voluntate, precedente & communi-
 cato consilio, de industria & data opera juxta verba *Const.*
pac. publ. Fürsächlich / gefährlich / vnd freventlich vid. Dn.
Carpzov. pr. crim. part. 1. quest. 35 num. 14. & seqq. Philipp. Ten-
nagel Assessor quondam Camera Imperialis tr. de decern. pro-
cess. class. 1. cap. 3. Magnif. Dn. Reinking. de Regimin. Secul. &
Ecclesiast. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 95. & seqq. Porro illi qui vi
 ex quasi possessione meri Imperii ejectus est, accommo-
 darem utile interdictum Unde vi *Vvesenb. in paratitl. de vi*
& vi arm. num. 9. Nec non utile interdictum Uti posside-
 tis *Carpzov. I. P. F. part. 2. Const. 7. Def. 11. num. 3. & 4.* Nobi-
 lissimum item illud remedium *can. redintegranda 3. quest.*
1. & c. sepe de restit. spoliat. quale hodie per processus man-
 datorum expeditur contra quæ ut actionibus obviantia
 jam olim disputavit *Giphanius Professor Ingolstadt. teste Rit-*
tershus. in diff. jur. civ. & Canon. lib. 4. cap. 5. Sed quicquid
 ejus sit, hoc jure utimur, consentientibus Practicis *vid. Dn.*
Hahn. ad Vvesenb. de Jurisdic. num. 13.

XLIII.

Finitur merum Imperium, si illud expressè revoca-
 tum fuerit ab eo qui concessit *arg. l. 35. ff. de R. I.* maxime
 de jure civili, quod hodie non ita temere asserendum est,
 postquam hæc jura per investituram & sic feudaliter alicui
 solent concedi, sicuti enim ipsum feudum absque feloniam
 & culpa vasalli fideli non potest auferri *arg. tit. 2. feud. 21.*
de feud. sine culpa non amitt. ita nec hoc jus. Amittitur
 quoque præscriptione *Petr. August. Morla in Empor. quest.*
p. 1. tit. 2. Propter abusum quoque mero Imperio quis po-
 test privari *argumento l. 1. C. de emend. servor. & eorum que*
habet

habet Gail. lib. 1 Obs. 17. Carpzov. lib. 1. Resp. 53. num. 11. Sed non propter nudum non usum, si longissimo tempore casus puniendi facinorosos se non obrulerit, uti in terminis tradit Gail. Obs. 2 60. num. 6. & Dn. Carpzov. Iurispr. Forens. part. 2. Const. 3. Def. 23. cujus elegantissimum Responsum adscribere non dubito: Seyn euern Vorfahren und Eltern die Ober-Gerichte verliehen/ und auff euch bestättiget worden/ Ob nun wol binnen 40. Jahren/ ihr euch solcher Ober-Gerichte nicht gebrauchet / da aber dennoch dasselbe nicht auß Nachlässigkeit/ sondern dahero geschehen / daß sich binnen solcher Zeit kein Vbelthäter bey euch betretten lassen / und ihr also biß dato keinen actum executionis in euren Gerichten exerciren können &c. So hättet ihr auch bezmeldte Ober-Gerichte per non usum und durch verjährung nicht verlohren / sonder es wäre euch derselben auff begebenden Fall nachmals zu gebrauchen/ und die Vbelthäter rechtfertigen/ auch zu solchem Ende einen neuen Galgen bauen zu lassen unbenommen B. R. W. vid. tamen eundem Dn. Carpzov. prax. Crim. part. 3. quest. 11. n. 66.

XLIV.

Et hæc sunt, quæ de difficili hac materia pro ratione temporis consignare volui, in proclivi mihi fuisset curatius & uberius hæc tractare, sed cum huic labori præter spem quidam dies ob maturandum iter in Italiam fuerint subtracti, ad autores qui hæc latius executi sunt identidem B. L. remisi, quem etiam atque etiam rogo, ut ea quæ me fugerunt, sua dexteritate suppleat.

G 3

Exercitii

*Exercitii gratia duo adhuc corollaria
subjicere placet.*

I. Constitutio ista Caroli V. Imperatoris exstans in *Recess. Imperii de Anno 1529. §.* Item als bissher durch die *Rechtsgelehrten*/qua sancitur si filii fratrum soli sint, non in stirpes sed in capita debere succedere, mihi semper utque adeò necessaria visa non fuit, cum ea de re expressos habeamus in jure nostro textus nimirum in *l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. l. 1. §. ult. ff. si pars hered. pet. §. 4. l. de leg. agnat. success.* ut taceam alios quos producit *Conrad. Rittershus. ad Novell. part. 7. cap. 14. & in partit. feud. lib. 1. cap. 16. quest. 9. & 4. seqq.* nisi dicere velimus eum in finem Imperatorem illam promulgasse, ut disputationes Juristarum hac de re exortas sopiret, quod verba etiam initialia statim indicant.

II. Nihil ferè videmus hodie fieri frequentius, quam eligi in Tribunos seu Colonellos, ut loquuntur homines juvenes, & armorum inexpertes, iisque locum tenentem rei bellicæ peritum adjungi, qua de re quid sentiendum sit, optimè expressit Italorum doctissimus *Girolamo Fraccheta nel seminario de' governi di stato & di guerra nel discorso sopra il capo 44.* cujus verba hæc sunt: *Il Capitano interviene nelle fattione, o no: se v' interviene, i soldati riguardano à lui, non al luogo tenente, & se quegli è ucciso, si spaventano, & se fugge, essi ancora si mettono in fuga, mà si non v' interviene, non fa egli ufficio di Capitano, mà lo fa il Luogo tenente &c.*

SOLI DEO GLORIA.

Ad



Ad Nobiliss. & Clarissimum Dominum
CANDIDATUM Amicum suum
Perdilectum.



X quo carorum comitem pia cura Pa-
rentum,

*Esse via voluit me studiiq; tui:
Semina, qua gratos promant in tempore fructus,
Perspexi ingenii judiciiq; tui,
Dum tua se nunquam, GILBERTE, industria sistit,
Et properas vera carpere laudis iter.
Testes, illustris sunt quos Academia jactat
Julia, praeclari qualibet arte viri:
Testis, qua nobis ternos habitat a per annos
Tubinga est, doctis undiq; nota viris.
Nunc etiam Alsaticae spectant tua munera A-
thenae.
Divitis ingenii quando recludis opes;
Imperii quae forma meri sit, quaeve potestas,
Gnaviter Augusto Codice prompta doces.
His meritis succedet honos. Virtutis amorem
Gloria non unquam deposuisse cupit.*

Georg. Henricus Zigenmejer.

Ad







Strassburg, Diss., 1659-60


ULB Halle 3
005 607 590



TA → OL

1077







I. N. D. N. J. C.

523.

INAUGURALIS

1660, 4.

DE MERO IMPERIO

24

DISPUTATIO

QUAM

PRÆSIDE D. T. O. M. *Jesp. II*

AUTORITATE ET CON-
SENSU

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
ET AMPLISSIMI IN CELEBERRI-
MA ARGENTORATENSIVM ACADE-
MIA ICTORUM COLLEGII

PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE
HONORES CAPESSENDI PVBLICE ET
SOLENNITER DEFENDET

Ad diem 13 Septembris

GILBERTUS *Erlenkamp* Hamburgensis.

ARGENTORATI,

Typis expressit JOHANNES *Pickel* 1660.

4.

